ec̄ciā·tibi em̄ eterna requies ꝓmittit̄· ¶ In nocturnali em̄ offitio cantat̄ reſponſorium· Audi iſrahel p̄cepta dn̄i ·⁊ ea que in corde tuo quaſi in libro ſcribe· Et dabo tibi terrā fluentē lac ⁊ mel Poſtea ſequit̄ in introitu ab vberibus ꝯſolacōnis eius hec v̀ba ſunt duo teſtamēta · de q̄bꝰ ſumunt̄ ꝓmiſſiones dulces · in q̄bus eſt conſolatio nr̄a ⁊ ſunt in ea tria verba letitie ſcꝫ letare· gaudete ⁊ exultate· ratio q̄re poſita ſunt dictum eſt ſ𝔟·c· de ſeptuageſima in principio Et ſumit̄ iſte introitus de yſaie vltimo ·c· ſed de antiqua tr̄ſlatione· q̄ in yſaia· ſic non iacent verba hec· Verſus vero de pſ̄·qui loquit̄ de irl̄m ſupna ſcꝫ · Letatus ſum·⁊ eſt q̄nti toni ꝓpt̄ q̄nq̄ milia hominum quos refecit · vel ideo q̄ illi q̄ cohibent ⁊ refrenāt ·⁊ bn̄ ordināt quinq̄ ſenſus corporis· illi habebunt hꝰ refectionem ⁊ ꝯſolacōem· de qua in introitu ⁊ q̄ petitur in collecta· Concede queſumus omnipotēs deꝰ vt q̄ ex merito nr̄e actionis affligimur· tue gr̄e conſolacōe reſpiremus· ¶ Scripſerunt tn̄ quidā ꝙ q̄ aliberiꝰ pp̄· qui tn̄ in cronica nō inuenit̄ celebrauit tali die rome· in dicta ec̄cia que vocat̄ hierusalē ideo cantat̄ Letare hiuruſalem· ¶ Et nota ꝙ in q̄bꝰdam eccleſijs hac die id eſt in feſto annunciationis dn̄i duo collecte dicuntur vt q̄ſi duplex feſtum exſoluere videātur· qd̄ nō fit in alijs p̄cipuis feſtiuitatibꝰ· vt natiuitatis domini ⁊ ſimilibus· q̄ ille p octauas ꝓducunt̄· nec vniꝰ diei dumtaxat obſuātia ſicut iſta coanguſtantur ¶ Seq̄it̄ epiſtola Scriptū eſt qm̄ abraam duos filios hūit ⁊c̄ ad gal·iiij·c· Vbi ſequit̄ que ſurſum eſt hieruſalem libera eſt que eſt mater noſtra Hoc autem dicit vt non timore ſeruili ſuiamus domino ſed amore Rn̄ſorium eſt de eodem Letatꝰ ſum·i·⁊ eſt ſepti toni ꝓpter ſeptimā etatē· in qua erimus in quiete· ſꝫ q̄ adhuc ſumus in labore· ideo ſequit̄ tractus ·ſꝫ ſuauiſſimus Qui confidunt in dn̄o ⁊c̄ · in quo oñditur ꝙ qui in dn̄o ſolo ſperāt habebūt illam refectionem ¶ Sequitur euangelium Abijt iħs tranſmare galilee ⁊c̄· Joh ·vj· ca· Qn̄q̄ autē panes q̄bus dn̄s refecit nos ꝓut ibi legit̄ ſunt q̄nq̄ libri moyſi· duo v̄o piſces ſunt pſalmꝰ ⁊ ꝓphetia· vl̄ libri ioſue ⁊ iudicum· q̄a de illis ·vij· libris ſumuntur or̄oes in hac dominica ·⁊ ita refecit omnes

Offertorium eſt Laudate· ⁊ eſt ſecūdi toni· ad oñdendum ꝙ deū laudare debemꝰ· ⁊ ꝓ corporali r̄fectione· ⁊ ꝓ ſpūali ¶ Poſtcōmunio vero eſt · Hieruſalem que edificatur vt ciuitas ⁊c̄· Et loquit̄ de iſta hieruſalē que libera eſt· ⁊ eſt quarti toni ꝓpter q̄tuor q̄ ibi dicūtur ¶ Primum eſt q̄ oīa ſunt ꝯmunia ibi em̄ deus eſt omnia in omnibus ¶ Scōm eſt ꝙ eternaliter ꝑticipātur ea que ibi ſunt vnde dicit· Cuius ꝑticipatio eius in idip̄m ¶ Terciū eſt ꝙ nullus de filijs dyaboli pt̄ ibi aſcendere vn̄ Illuc em̄ aſcenderūt tribꝰ tribꝰ dn̄i· ¶ Quartū q̄ ibi eſt ꝯtinua laus dei· vn̄ ſequit̄ Ad confitendum nomini tuo dn̄e Et inde eſt illud Beati qui habitant in domo tua dn̄e· in ſecl'a ſeculoꝝ laudabūt te ¶ In hac dn̄ica romanus pontifex celebraturus ad eccleſiā ꝑgēs ⁊ rediens ab eadē auream in manu ſub aſpectu ꝑp'li fert roſā Circa quod duplex inſurgit ratio · vna ſꝫm literā· altera ſecūdum ſpm̄ Sane ſecundū litterā· ne fidelis ꝑp'lus ꝓpter q̄dragesimal' obſeruantie aſꝑitatem ſub continuo labore deficiat ·q̄ qd̄ caret alterna r̄quie durabile non eſt· ideo in hac mediana dn̄ica q̄drageſime quoddā r̄creationis ſolatium interponitur· vt anxietas tēperata leuius ſufferat̄· iux̄ illō Interpone tuis · interdum gaudia curis Hodiernū nanq̄ offitium totū leticia plena eſt ⁊ in omni verboꝝ clauſula iocunditatis exuberat· gaudiū reſonat· hilaritas inculcat̄ Tria itaq̄ repreſentat dies iſta ſcꝫ caritatē poſt odium· vnde dicitur· Letare hieruſalem ⁊ conuentum facite omnes qui diligitis eam· gaudiū poſt triſticiam vnde gaudete in leticia q̄ in triſtitia fuiſtis· ⁊ ſacietatem poſt famem· vnde vt ſaciemini ab vberibus cōſolationis vr̄e · Que tria ꝑiter deſignant̄ in tribus ꝓprietatibus hꝰ floris caritas in colore iocunditas in odore· ⁊ ſacietas in ſapore· ¶ Roſa quippe preceteris floribus colore delectat· odore recreat· ⁊ ſapore cōfortat ·delectat in viſu· recreat in olfactu· ⁊ confortat in guſtu· ¶ Nempe roſa in manu romani pontificis· gaudiū iſrahelitici ꝑp'li deſignat· qn̄ per gr̄ā xp̄i· data eſt illi de babilonica captitate licentiā redeūdi Deinde illam donat nobiliori ⁊ potentiori q̄ tunc in curia reꝑitur· in quo nobilitas ⁊ excellentia illius peculiaris populi domini

deſignatur· demum illo cum multo exultatu
et leticia ingenti· ciuitatem cum roſa circuit·
figurans gaudium illius ppl'i in ciuitatem
hieruſalem reuerſi· atq; cõmunionem tocius
fidelis populi et eccleſie leticiam de pmiſſis
Spũaliter aũt flos iſte florẽ illum ſignificat
qui de ſe dicit in canticis Ego flos campi et
lilium cõuallium· et de quo ppha Egredietur
virga de radice yeſſe· et· f· d· i ·c· a· Qui eſt
vere flos floꝝ· i· ſctus ſanctoꝝ q: pre ceteris
floribꝰ id eſt ſanctis colore delectat in viſu·
¶ Nam ſpecioſus forma p̄ filijs hominũ in
quem deſiderant angeli pſpicẽ· Qui odore
recreat in olfactu· qa ſicut legit in canticis
pmo ·c· Meliora ſunt vba tua vino flagrã-
tia vngẽtis optimis Qui ſapore confortat
in guſtu· q: panis quem ipſe dat caro ſua eſt
p mundi vita· omne delectamẽtum habẽs
et oĩs ſaporis ſuauitatem Hic eſt em̃ qui de
qnq; panibus et duobꝰ piſcibus qnq; milia
hominum ſaturauit ¶ Triplex autem eſt in
hoc flore· materia aur· videlicet muſcus· et
balſamum quia triplex eſt in xp̄o ſubſtantia
deitas· corpus et aĩa· Sed balſamo mediãte
muſcus auro cõiungit quia anima mediãte
corpus deitati· Diuina enim natura tante
ſubtilitatis eſt· vt corpori de limo terre for
mato non cõgruet vniri niſi rationali ſpũ
mediante ¶ Rurſus flos ipſe aureus eſt· q:
rex rgum· dñs dominantium· cuius rubor
apparuit in ſignijs paſſiõis· et odor in glia
reſurrectionis· ¶ Huius floris baiulus eſt
vicarius ſaluatoris romanus vero põtifex
ſucceſſor vtiq; petri· et vicarius iħu xp̄i· qui
hunc florem fidelibus ppl'is demonſtrat· nõ
omni tempore· ſz in hac dñica tm̃· q ſeptima
eſt ab illa que· lxx· nuncupat· q: xp̄us nõ in
qlibet hora · ſz in ſeptima etate tm̃ videt ab
illis q beata requie cõſolãtur· ¶ Rurſus in
vrbe oñdit non alibi qz apud baſilicam que
ſancte crucis in irl'm appellatur que ſupne
hieruſalem typum obtinet et ſpem rñtat· de
qua dr in epl'a hodierna· Illa q ſurſum eſt
irl'm libera eſt· q eſt mater nr̃a· in qua xp̄m
angeli ſcti et beate aĩe cõtemplant ad quam
merito dicitur Letare irl'm· et conuentum
facite omnes q diligitis eam· quaſi diceret
vos catholici non heretici ¶ Differt autem
hodierna ſtatio ab illa que fit ibidem in ſcda
dñica aduẽtus· q: illa future btitudinis eſt

annunctiatio hec qſi preſentis cõtemplatio
vñ et feſtiuiꝰ agitur· q: ſpei nr̃e feſtiuitatis
eſt ¶ Hac etiam die xp̄ianꝰ coronat impator
vt ſemp corona ſupne hieruſalem meditetur
Dauid ter in regem vnctus eſt · vt dicetur
ſub dñica aſcenſionem ¶ Hec em̃ dominica
puilegiata eſt · q: rñtat licentiam redeundi
de ſeruitute ad libertatem ppl'o iſrahelitico
cõceſſam et leticiam ex hoc habitam·

¶ De ſecunda feria·

SEcunda feria eſt de iudicio· vñ
in epl'a Venerũt due rc· iij· Re·
iij ·c· agitur de iuditio ſalomõis
duabus mulieribus de puero cõtendentibꝰ
Mulier vna q dixit· q diuidat puer eſt ſina
goga · que diuidi conata eſt puerum iħum
Alia mulier q dixit· det ei infans viuus eſt
ecc̃ia· vñ in rñſorio petit hec mulier puerũ·
Eſto mihi in deum protectorem· i· petit ſibi
dari xp̄m ¶ Euangelium pe erat Joħ· ij·
ca· ſimiliter eſt de eiectione vendentium· et
de iudicio ibi habetur q nõ credebat ſe iħs
eis· q: viſi ſunt eũ interficere poſtea ſeqtur
de paſſione ſua· ſoluite· i· ſoluetis templum
hoc · et in triduo excitabo illud ſciebant em̃
quid facturi erant· Quia vero ex paſſione
dñi omne gaudium oritur ido in offertorio
cantat ecc̃ia Jubilate In introitu aũt petit
iudicari· ſz pus petit mĩam Deus in nomĩe
tuo ſaluum me fac· ſcz p mĩam · et in vtute
tua iudica me· et eſt qrti toni· q: ibi habetur
ab inſurgẽtibꝰ in me libera me · i· ab inimi
cis· qui quatuor modis ſicut dictum eſt ſub
dñica inſurgũt cõtra nos· et ideo ſicut dñica
fuit de mĩa· ita ſcda feria eſt de iuſticia·

¶ De tercia feria·

TErcia feria eſt de oratione· i· de
efficatia orõnis que ſcz fit ſalua
iuſticia quod oñdit in epl'a· Locutus eſt rc
q eſt exodi· xxxij ·c· vbi ſequit dimitte me vt
deleam eum· et moyſes orauit p ppl'o et dñs
dimiſit pctm· ſalua tñ iuſticia· q: reſeruauit
ſibi vindictam · vñ et ſi pter illud peccatũ
quod cõmiſerunt in xp̄m precipue puniant
tñ et pter illud qd cõmiſerũt· tũc ſcz adorãdo
vitulum · vñ dicit dñs in euãgelio implete
menſuram patrum vroꝝ ¶ Quia vero tam
efficax eſt oratio· ideo in introitu dicit ecc̃ia
Exaudi orõem meam rc · vſus contriſtatus
ſum in exercitacõne mea cõtriſtatus em̃ fuit

ꝑ dilatione pr̄ie & incolatu miſerie Quia
vero exercitatio criſtiani eſt in cohercōne a
peculantia ⁊ laſciuia q̄nqꝫ ſenſuum · idcirco
q̄rto tono reſonat hunc introitum eccleſia
¶ Et ſeq̄tur ep̄la Locutus eſt ⁊c̄ · in q̄ ſicut
dictum eſt impetrauit moyſes dimiſſionem
pc̄ci ſalua iuſtitia · ⁊ vt filij eoꝝ mererentur
intrare terram ꝓmiſſionis · ideo in cn̄ſorio
orat ec̄cia · vt mereat̄ ipſam impetrare filijs
ſuis · vt intrent in terram ꝓmiſſionis · licet
adorauer̄t vitulum conflatilem · i · venerati
ſunt laſciuiā ⁊ pompaꝫ mūdi dicens Exurge
dn̄e fer opem nobis · & v̄ſus · Deꝰ auribus
n̄ris audiuimus · q̄m tu liberaſti eos · & con
donaſti eis · ſimiliter & fac nobis ſp̄ūaliter
¶ Poſtmodum ſequit̄ euangelium Iaꝫ die
feſto Ioh̄ · vij · c · de obſtinatione iudeoꝝ qui
dicebant Quomodo hic literas ſcit cum nō
didicit Et dixit dn̄s · moyſes dedit vobis le
geꝫ · & vos vultis me interficere q̄ſi diceret
contra legem v̄ram vultis facere · & facitis
Et dixerūt demonium habes · ecce quō ob-
ſtinati fuerūt · & hoc eſt quod in ep̄la habet̄
Receſſerunt cito a via quam oſtendiſti eis
Eccleſia vero oñdens ſe non ↄſentire pc̄tis
dicit in offertorio Expectās expectaui dn̄m
oñdens ſe expectare xp̄m vſqꝫ in finem & q:
bene expectat qui a laſciuia quinqꝫ ſenſuum
abſtinet · ideo q̄rti toni eſt ¶ Per hanc aūt
ſpem reducit̄ nouus ꝑplus in terraꝫ ꝓmiſſi-
onis · vn̄ ſequit̄ poſtcōmunio · Letabimī in
ſalutari tuo · & eſt p̄mi toni · q: omnis letitia
a deo eſt.

¶ De quarta feria.

Sequit̄ q̄rta feria q̄ eſt cathecī-
zandorum · q: ea die ducūtur ad
ec̄ciam cathecumini · & cathecī-
zant̄ · i · inſtruūtur ⁊ hoc eſt terciū ſcrutiniū
vt iam dicet̄ vt aūt ſeruiamus ↄſuetudini
ec̄cie ꝑtalie q̄ ſcrutinij ſolennitatem obſuat
& iuribꝰ de illo loquentibꝰ · & q: etiaꝫ q̄dam
de his que in illo fiunt · vbiqꝫ in baptizādo
ſuant̄ · ideo aliq̄ de illo dicamꝰ · viꝫ quid ſit
ſcrutinium · & vn de dicat̄ & vnde origineꝫ
traxit · qn̄ · & quotiens · & q̄re in temporibꝰ
ſtatutis fiat · q̄d in eo fiat vſqꝫ ad exorciſmū
Et quid ab exorciſmo vſqꝫ ad ec̄cie ingreſſū
Et q̄d ab ipſo ingreſſu vſqꝫ in finem · & q̄re
hec oīa fiant Subſequent̄ vero de offitio
miſſe hꝰ diei dicemus ¶ Scrutinium nihil
aliō eſt q̄ꝫ fidei & r̄ligionis xp̄iane inq̄ſitio

Eſt em̄ quaſi quoddam iter ſeu ꝑparatio ad
baptiſſmum · & dicit̄ a ſcrutādo · i · inq̄rendo
q̄a fidei religionis inquiſitio fit in eo · vnde
originem traxerit iam dicet̄ ¶ Incipit autē
fieri ſcrutiniū in quarta feria tercie ebdōde
xl · ſꝫ in hac quarta fit ſolenne fiebant em̄ in
primitiua ec̄ca · vij · ſcrutinia duo ſcꝫ in q̄rta
feria · ⁊ ſabbato tercie ebdomade · & duo in
hac quarta feria · & ſabbato huius quarte
ebdomade · & duo in q̄rta feria · & ſabbato
quinte ebdomade · & vnum in quarta feria
vltime ebdōde in quibus adulti q̄ venturi
erant ad baptiſmum docebātur orationem
dn̄icaꝫ & ſymbolū vt ſequenti tūc ſabbato
in q̄ baptizādi erant vtrūqꝫ ante baptiſmū
ſcirent & adhuc hodie in quibꝰdaꝫ eccleſijs ·
vij · fiunt ſcrutinia ꝓpter ſeptiformem gr̄aꝫ
ſp̄ūſſcti · Sꝫ terciū viꝫ · hac die ſolenniſſimū
& in oībus eccleſijs ordineꝫ romanoꝝ ſequē
tibus · in quolibet ſcrutinio dicit̄ miſſa ſcru
tinij viꝫ · dum ſanctificatus fuero · de q̄ iam
dicet̄ · dicunt̄ etiam ꝓprie collecte ꝑ cathecu
minis vt · Oīpotens ſempiterne deꝰ ec̄ciam
tuam Item remedij ⁊c̄ · ¶ Sꝫ querit̄ quare
tercium ſcrutiniū ſit ſolenne · & nō primum
nec ſm̄ R̄ndetur ad notandum qꝫ nec p̄ma
etas · i · infantia · nec ſcd̄a · i · pueritia ita apta
eſt ſuitio dei ſicut illam q̄ maxime diſcretio
boni & mali haberi incipit · & in qua cōtra
carnem pugnat̄ · Inde eſt etiaꝫ qꝫ non p̄ma
tribus · i · tribus iude · nec ſecunda · i · tribus
ſymeon ſꝫ tercia · i · leuitica ſacrificijs dn̄i eſt
deputata · ¶ Sed nec in p̄mo libro pentha
teuci · nec in ſecundo agit̄ de ſacrificijs · ſꝫ in
tercio ꝓut dictum eſt in p̄cedenti dn̄ica Fit
aūt ſcrutinium in hac octaua ebdōda a · lxx
q: dum iudei fuer̄t in babilonica captitate
miſcuerunt inter eos · quoſdaꝫ de gentibus
vn̄ poſt eoꝝ reditum ignorabat̄ de pluribꝰ
vtrum eſſent iudei vel non · Quidam etiaꝫ
dicebāt ſe fore de leuitica tribu · q̄ non erāt
& ſe ſacerdotes qui nō erant Ideoqꝫ eſdras
& alij ſapiētes geneologias diligenter ſcru
tati ſunt · & iudeos a gentilibus · & leuitas
a non leuitis ſegregauer̄t · ita ⁊ nos in hac
vij · ebdōda q̄ finem illius · lxx · babilonice
captiuitatis ſignificat · ſcrutinium facimꝰ ·
vt credentes ab incredulis ſegregemus · q̄s
in ſacroſancta ſolennitate r̄demptionis n̄re
ex aqua ⁊ ſp̄ūſancto r̄mouemus · non enim

in primitiua eccleſia alio tempore baptiſma
celebratur niſi forte mortis piculo iminente.
Oms igit eccleſie ples quã ꝑ anni circulũ
verbi pabulo gñabat hac die nomina ſua
dabant. in quibus pſcrutandum erat. ne q̃
radix amaritudis ineſſet. vt in hereticis ne
ꝑus illi ſancta darentur. q̃m criſtiana fides
radices in eoꝝ mẽtibus fixiſſet. vñ nomib9
datis quilibet eoꝝ p dies ſequentes vſq; ad
paſcha fidei regulaꝫ audiebat. ⁊ ſic lactat9
⁊ grandeſcens in plenilunio .i. in baptiſmo
plena fide ſymbolum reddẽs criſto in bap-
tiſmo ↄmoriebat̃ ⁊ reſurgebat. Porro ĩ hac
q̃rta feria fit ſcrutiniũ ꝓpter mlta ¶ Primo
q2 ipſa pfigurata eſt a quarta ſeculi etate. q̃
fuit a dauid vſq; ad tñſmigracõeꝫ babiloĩs
in q̃ non ſolum iudee gẽtis inchoatum eſt
imperium verũ etiaꝫ xp̃i ⁊ xp̃ianoꝝ regnũ
ex pmiſſione ſumpſit exordiũ. Jurante dño
dauid De fructu ventris tui ponã ſup ſe. t.
ideoq; merito in hac feria cathecumĩ ad xp̃i
nomẽ accedũt ⁊ xp̃iana religio in ea initiũ
capit. ¶ Secũdo quia ſicut in quarta feria
ſtelle create ſunt ⁊ in celo ſoli ⁊ lune ↄiũcti
ita ⁊ fideles hodie concipiũtur qui xp̃o ſoli
⁊ eccleſie lune ↄiungũtur ⁊ in celo .i. in pa
tris regno iaꝫ ſplendent in ſpe ⁊ in futuro
ſplendebunt in re ¶ Tercio q2 ſicut in q̃rta
etate edificatũ eſt templum dñi p ſalomonẽ
ſic ⁊ in hac q̃rta feria ꝑparam9 baptizẽdos
vt ſint templum dño ¶ Quarto q2 in q̃rta
feria cepit nr̃a redemptio. in q̃ proditus eſt
dñs a iuda vt ꝓ redimenda eccl̃ia moreretur
ideo ⁊ in quarta feria iſti ꝑparant̃. vt effectũ
pcipiant redemptionis. ¶ Qnto q2 agnus
xiiij. diebus obſuabat̃ ⁊ ꝑparabat̃ ⁊ luna
xv. immolabat̃. decet vt eccl̃ie noua ſoboles
que ad cõmoriendũ xp̃o in baptiſmo ꝑparat̃
dieb9. xv. anteriori ieiunio ſpũalit̃ ſaginata
etati lune q̃ illam ſignificat exequet̃ ¶ Sexto
q2 quarta hoĩs etas ſcꝫ iuuentus. p q̃rtam
feriaꝫ ſignificata apta eſt pliijs. ⁊ gubernacl'o
impij. ⁊ ideo cathecumini ꝑparant̃ in q̃rta
feria ad plium ↄtra dyabolum. ⁊ ad regnũ
ſi impiũ regni dei. hoc aũt ordine ſcrutinia
celebrant̃ q̃m a principio vſq; ad exorciſmũ
hec fiunt ¶ Primo q̃dem fit nominum bap
tizandoꝝ p acolitum deſcriptio. ⁊ eorum p
nomina in eccl̃ia vocatio ¶ Scd̃o maſculoꝝ
ad dextraꝫ feminaꝝ ad ſiniſtram ad ianuã.

eccleſie vbi fideꝫ petunt deductio. ¶ Tercio
p exorciſtam gemina interrogatio vna de
renunctiatione dyaboli. alia de fide criſti.
¶ Quarto demonis exufflatio. ¶ Quinto
crucis in fronte expſſio ¶ Sexto dn̄ice oratio
¶ Septio fit in ore ſal' impoſitio ¶ Q2 igit̃
nomina p acolitũ ſcribunt̃ exquo etiam ipſe
notarius dictus eſt ſignificat q2 nomina fi
delium in libro vite ſcripta ſũt. Q2 nomina
tim vocant̃. ſignificat vocationeꝫ fidelium
ad vitam eternam. Ceterum ianua xp̃s. eſt
ducunt̃ igit̃ credituri ad ianuam .i. ad xp̃m
q̃ de ſeipſo dicit. ego ſum oſtiũ. p me ſiquis
introierit ſaluabit̃ Q2 vo maſculi ponũtur
a dextra. ⁊ femine a ſiniſtra. deſignat q2 vi
riliter agentes a dexteris. ⁊ effeminati a ſi
niſtris ĩ iuditio ſtatuunt̃ ¶ Q2 abrenũctiãt
dyabolo p hoc ſe a iugo ei9 cui ex origenali
ſunt abnoxij ſubtrahunt. Per hoc enim q2
fidem xp̃i confitentur. iugo xp̃i ſe ſubiciunt
Demonis exufflatio eſt poteſtatis ei9 debi-
litatio Crux que impmitur fronti eſt vexillũ
nr̃m quo dyabolum vincimus. nõ ſit aliud
ſignum ñ crux vt in h° ſolo ſigno dyabol9
ſciens ſe eſſe victum. cõtremeſcat ⁊ fugiat.
Fit auteꝫ in ſede pudoris .i. in fronte ne eru
beſcat fidelis cõfiteri dñm ſuũ eſſe crucifixũ
Oratio contra dyabolum eſt munitio. Sal
in ore poſito eſt ſapientie cõdimentum hec
plenius dicta ſunt in pte pma ſub titulo de
vnctionibus. ⁊ dicetur ſub ſabbato ſancto
¶ Nunc dicenda ſunt q̃ ab exorciſmo vſq;
ad ingreſſum eccleſie fiũt ¶ Primo dyabol9
exorcizat̃. ⁊ ter repetũtur verba illa. Audi
maledicte dyabole .i. ¶ Scd̃o maſculi ſeorſũ
ponunt̃ ¶ Tercio ad monitionem dyaconi
capita inclinant cathecumini. ⁊ ſuper eos
oratio dñica ⁊ ſymbolum di°. ¶ Quarto a
ſacẽdote aures ⁊ nares illoꝝ ſaliua tãgunt̃.
¶ Qnto ab acolito illuminant̃ ¶ Sexto a
dyacono euangelium ſup eos di° ¶ Sepio
per hoſtiarium in eccleſiaꝫ introducuntur.
¶ Primo ergo exorcizat̃ dyabol9 .i. adiurat̃
vt a fidelibus recedat. ter repetũtur verba
illa. Audi maledicte dyabole id eſt quia in
ↄfeſſione trinitatis dyabolo reſiſtit̃. Seorſũ
maſculis. ⁊ deorſum feminis fit exorciſmus
q2 maioribus maiora. minorib9 minora ſunt
ꝓponẽda Q2 ad ammonicõꝫ dyaconi capita
inclinant ſignificat. q2 cum deo ↄmuniturí

acclamante dẏacono ·capita inclinabãt· ⁊
hec oͦro ꝑ ↄmunione habet· Q ſẏmbolum
⁊ oꝛoem dñicam ſacdos ſup capita eoꝝ dic
notat ꝙ templum domini ↄtra dẏabolum
munit· aures ⁊ nares ſaliua tangit· vt doc
trinam de ore p̄dicatoris ꝓcedentẽ fideles
libenter audiãt· ⁊ ipſa eis bñ redoleat· quo
adusꝙ ſpm̄ habent in naribus q̃diu viuũt
Ipſoꝝ illuminatio eſt tenebraꝝ ignorantie
⁊ peccati ꝑ lumen intelligentie effugatio·
❡ Euangelium qḋ ſup eos dͬ· eſt doctrina
ſaluatoris q̄ inſtruunt Deinde ꝑ oſtiarium
introducunt ꝗ poſt impletionem euangelij
ꝑ oſtiariũ·i· ꝑ ſpm̄ſanctum in celeſtem pr̄iaꝫ
introducunt ❡ Poſt hͤ dicẽda ſunt ea q̄ ab
ingreſſu eccie vſꝙ ad miſſaꝫ fiunt ❡ Primo
maſculi ad auſtrũ ſtatuunt· femĩe aq̇loneꝫ
Inde quatuor lectiones ſup eos legũtur· ⁊
q̃tuor initia euangelioꝝ Deinde duo vnus
maſculus ⁊ vna femĩa in ſanctuarium ab
acolitis portant· Poſt ſẏmbolum grece ſup
maſculos· latine ſuper feminas dicitur his
peractis ecciam ingrediunt ⁊ ſic miſſa cãtat
❡ Q aũt maſculi ad auſtrum ⁊ femine ad
aq̇lonem ſtatuuntur· ſignificat ꝙ fortiores
hoſtibus temptacoẽm obiciendi ſunt· ⁊ de
biliores humiliter ſunt erudiendi ·Q·iiij·
lectiones ſup eos legũtur ſig̃ficat doctrinã
q̃tuor euangelioꝝ q̄ inſtruunt· vnde ſtatim
q̃tuor inicia euãgelioꝝ ſup eos q̃ſi ↄgreget
eos a q̃tuor partibꝰ orb̄· Q vnꝰ maſculus
⁊ vna femĩa portant in ſacrarium ſig̃ficat
ꝙ de vtroꝗ ſexu fideles aſcendunt in celũ·
Sꝫ nõ aſcendit niſi vnus·i·in vnitate eccie
ↄſtitutus· ſicut ⁊ in probatica piſcina· non
ſanabat· niſi vnus Q ſẏmbolum legit ſup
maſculos g̃ce· ⁊ ſup feminas latine ꝑ duas
linguas quibus ſẏmbolum legitur omnem
linguaꝫ intelligimꝰ Nam in grecis viguit
ſapia In latinis ſcꝫ romanis potẽtia· ⁊ ita
per has duas tanq̃ excellentiores omnem
linguaꝫ intelligimus ·q̃ſi cum apoſtolo ad
Philip̃·ij·c· dicamus oīs lingua ↄfiteat· ꝗ
dñs noſter iħus xp̄us in glia eſt dei patris
Expoſitionem oꝛonis dñice ⁊ ſẏmboli ·in
quarta pte in ſuis locis expoſuimus ❡ Et
attende ꝙ añ hanc quartaꝫ feriaꝫ in dñica
vel in ſecũda feria eſt huiꝰ ferie ſcrutinium
ꝑplis annunctiandum his verbis Scrutinij
die dilectiſſimi fr̄es quo electi nr̄i diuinitus

inſtruant intime cognoſcite· iḋoꝙ ſollicita
deuotione ſequẽti quarta feria ·circa horaꝫ
nonaꝫ ↄuenire dignemĩ vt celeſte miſteriũ
quo dẏabolus cũ ſua pompa deſtruitur· ⁊
ianua celeſtis regni aperit· inculpabili mi:
niſterio pagere valeamus In hac v̇o feria
quarta finitis miſſarum ſolennijs preſbiter
annnunctiat vt ſabbato ꝓximo ad ſcrutiniũ
reuertant· ⁊ ſic iterum atꝙ· iteꝝ annunctiat
donec ſeptem ſcrutinia celebrẽtur· ❡ Sane
expleto ſcrutinio dicit miſſa vt p̄miſſum eſt
in qua legitur lectio ⁊ epiſtola· quia bapti
zandus in duobus eſt cathecizandus ideſt
inſtruendus ſcꝫ in nouo ⁊ ve·te· maxime in
illisq̄ ptinent ad baptiſmum ❡ Rurſus q̇a
inſtruendꝰ eſt in fide ⁊ in moribꝰ· ideo due
lectiones legunt de quibus in eis cum ſuis
reſpõſorijs diſputat Legit eñ de philippo
ꝙ de eunucho euangelizauit hieſum· ⁊ ſcḋm
Aug̃· euangelizare iħm · eſt non tm̄ docere
credenda· ſꝫ etiam que ſunt poſt baptiſmum
ſuanda In p̄ma ergo lectione ſcꝫ ſcĩficabo
etcetera· que ſumpta eſt de Ezech̄· xxxvj· de
fide agit· vbi dicit · Tollam quippe vos de
gentibus· ⁊ congregabo vos de vniuerſis
terris· ⁊ effundaꝫ ſup vos aquam mundã
⁊ mũdabimĩ ab oībus inq̇namentis vr̄is
⁊ dabo vob̄ cor nouũ Fideles eñ de varijs
terris cõgregati ſũt in eccia ⁊ aq̃ ſalutaris
baptiſmi ſup eos effuſa eſt qua ab vniũſis
pctis ⁊ erroribus ſunt mundati· ⁊ datũ eſt
ei cor nouum· vt credant in xp̄m · De hac
lectione ſummit introitus· Dum ſcĩficatus
fuero ⁊c̄· vł baptizatus dicit cor nouum· in
verſu autẽ Bn̄dicam dñm ⁊c̄· ſunt gratiaꝝ
actiones de hac ſanctificatione · ⁊ eſt tercij
toni· quia ſanctificatio ptinet ad trinitateꝫ·
❡ Verum ꝗ ꝑ talem ſanctificacõnem fiunt
homines filij dei· ideo ſequit graduale· Ve
nite filij audite me timo·do· vos· qḋ eſt ſep
timi toni· ꝓpter ſeptem dona ſpũſſancti que
dant in baptiſmo· vel q̇a ad hoc ꝙ q̇s vere
credat in xp̄m· neceſſe eſt vt timeat deũ· iḋo
ſequit ipſum graduale vbi ſequit de timore
Initium ſap̄ie timor dñi eſt Qui gͦ radiceꝫ
impoīt crudelitatis eum a timore inchoare
oportet· iux̄ illḋ A timore tuo dñe ↄcepimꝰ
⁊ pepérimꝰ ſpm̄ſalutis In ſcḋa lectione· ſcꝫ
in epl'a Lauamini ⁊c̄· que ſumitur de Yſa·
p̄mo ·c· agit abundanter de moribꝰ · vbi dͬ·

quieſcite agere ꝑuerſe· diſcite· bn̄facere ⁊c.
& poſtea concludit· ⁊ venite ⁊ arguite me
dicit dn̄s· quaſi diceret ſi hꝰ feceritis ⁊ vos
non renumerauero iure me tanꝙ iniuſtum
redarguere poteſtis Itez dᵒ ibi· Lauamini
ſcʒ ꝑ baptiſmum· ⁊ eſtote·i· manete mundi
ſcʒ ꝑ pn̄iam & ꝙ poſſint oñdit dic̄ Auferte
malū cogitationum vr̄aꝝ· ⁊ ſi fuerint pc̄ta
vr̄a vt coccinum q̄ſi nix dealbabuntur ⁊c.
ꝗ illi q̄ fidem veram ⁊ bonos mores ſuant
ad hereditatem dn̄i ꝑtinere ꝓbant Idcirco
ſequit̄ graduale· Bt̄a gens cuius eſt ꝺn̄s
deus eius· ꝺn̄s quem elegit in hereditatē
ſibi· hi efficiunt̄ celi qui verbo·i· filio dei fir
mantur Vnde ſequit̄ verſus verbo dn̄i celi
firmati ſunt ⁊c. Item q̄a in talibus locū hʒ
btitudo· graduale illō eſt p̄mi toni ꝗ btitu
do a ſolo deo eſt Ab his quoꝗ nō diſcrepat
euangelium p̄cedens ſcʒ· Preteriens iħus
Ioħ· ix· c· quod eſt de illuminatione ceci· q̄a
ceci illuminant̄ in baptiſmo· vn̄ dicitur ibi
Lutum fecit dn̄s ex puto· & p̄cepit ceco· vt
lauaret ſe i natatorio ſyloe·i· xp̄i qui miſſus
fuit a pr̄e·i· in baptiſmo vl̄ in doctrina xp̄i
de quo dicit̄ Gen̄· vltimo · ca· Non auferet̄
ſceptrū de iuda & dux de femore eiꝰ · donec
veniat q̄ mittendus eſt· hebreus hʒ · donec
veniet ſylo·i· miſſus· poſtmodū in gr̄arum
actione ſequit̄ offertorium ſecundi toni· ꝓp̄
illuminacōʒ & confirmacōem ¶ Dicto autē
offertorio archidyaconus aſcēdit pulpitum
dicens alta voce Siquis eſt cathecuminus
exeat foras ꝓut dictum eſt in ꝓhemio q̄rte
ptis · & tunc om̄s cathecumini exeāt foras
& ſic fit ſepties priuſꝙ baptizent̄ viʒ in quo
libet ſcrutinio · ꝗ q̄ regnaturi ſunt nᵒ inter
dei filios ꝯputari· nec xp̄i miſterijs cōuenit
intereſſe · Quidam tn̄ cathecuminos ante
euāgeliū de ec̄ia eiciunt· quod nō laudamꝰ
cum eis ſit euangelium predicanō ſicut· &
apoſtoli p̄mitijs gentiū euangelium p̄dica
uerunt· ꝫ ſacrificio intereſſe non dn̄t tum ꝗ
ſacerdos orat ꝓ circūſtantibus quorū fides
d̄o cognita eſt ⁊ nota deuotio ac iſti nondū
fideles vocātur· tū ꝗ quod ꝯficit̄· fidelibus
porrigitur ¶ In poſtcōmunione vero agit
gr̄as cecus de illūinacōe ſua dicens · Lutū
fecit ex ſputo Ioħ· ix· c· & eſt p̄mi toni· quia
ad locum vn̄ exeunt flumina reuertunt̄ vt
iterum fluant· ſic aūt recognoſcendo bona·

debemus agere deo gr̄ias ¶ Hec q̄rta feria
in hoc p̄uilegiata eſt · ꝗ in ea leguntur due
lecōes · ꝓ eo ꝙ in ſequenti ſabbato ordines
celebrant̄· Item ꝗ hac die ordinandi exami
nantur Item ꝗ hac die fit ſcrutinium bap-
tizandoꝝ in ſabbato paſchali vt p̄miſſū eſt

¶ De quinta feria·

QVinta feria oſtēdit · ꝙ non eſt
ſc̄tificatio n̄ a d̄o· vn̄ introitus
eſt Letetur coꝛ querētium dn̄m
& poſt q̄rite faciez eius ſemꝑ· & eſt ſcd̄i toni
ꝗ querit̄ vt habeatur· ⁊ poſtea vt amplius
habeatur · quanto em̄ magis habet̄· tanto
magis q̄rit̄ Ep̄la vero Venit mulier ⁊c· iiij
Rꝝ· c· eſt de reſuſcitacōe filij mulieris ſuna
mitis queʒ reſuſcitauit heliſeus· ⁊ incurua
uit ſe ſuꝑ puerū· & pueri q̄litati ſe ꝯforma-
uit puer vero· vij· excitationes emiſit· & ſic
eſt reſuſcitatus Nempe ſunamitis interpre
tatur captiua· filius eius genus hūanum·
quod dicitur puer ꝓpter paruitatem ſenſus
baculus de quo ibi dicit̄ eſt lex que percutit
dicens oculum ꝓ oculo ⁊c· que nemineʒ ad
ꝑfectionem ducit Heliſeus vero·i· xp̄s incli
nauit ſe ſuꝑ hunc pueꝝ·i· exinaniens ſe fc̄us
eſt ei ſimilis ⁊ reſuſcitatus eſt ¶ Sʒ oportet
vt· vij· excitacōes emittat ¶ Prima eſt fidei
quia ſine fide non eſt introitus· Primo em̄
veritati debʒ quis credere· & oīa poſſibilia
ſūt credēti· dn̄e inquit leꝓſus · ſi vis potes
me mundare· & dixit volo mūdare ¶ Scd̄a
excitatio eſt timoꝛ ¶ Tercia eſt dolor de pec
catis· ꝗ mīa non fit ſine iuſtitia ¶ Quarta
ꝓpoſitum confitendi ¶ Qn̄ta eſt ꝓpoſitum
ſatiſfaciēdi· ¶ Sexta ꝓpoſitum decetero nō
peccandi· ꝙ ſcʒ non offendat deum creatorē
ſuum· & omnia iſta debent fieri in ſpe vite
eterne gl̄ie ¶ Vn̄ ſpes eſt ſeptima excitatio
Rn̄ſorium eſt Reſpice in teſtamētum tuum
⁊ poſt exurge·i· fac nos exurgere· & eſt qn̄ti
toni ꝓpter quinꝗ ſenſuum reꝑationem ſiue
innouacōʒ ¶ Euāgelium vᵒ Ibat iħus ⁊c
Luc̄· vij· c· eſt de reſuſcitatione filij vidue·
cui dominꝰ dixit· Adoleſcēs tibi dico ſurge
¶ In quibꝰdam tn̄ ec̄ijs diᵉ illud euange
lium Sic̄ pr̄ ſuſcitat mortuos & viuificat ⁊c
Sequit̄ offertoriū Dn̄e ad adiuuandum ⁊c
& eſt· vij· toni· propter ſeptem excitationes
in gr̄aꝝ actiones· ¶ Poſtcōmunio vero eſt
de eterna btitudīe ſcʒ Domine memorabor

iuſtitie tue. cui ꝓpetit dare eternam b̄titudinem que erit octaua reſurrectionis.

### ¶ De ſexta feria.

Sexta feria prorſus idē dicit ꝙ q̇nta Et eſt introit⁹ Meditabor etcetera. verſus Celi enerrant .i. ſancti. ⁊ eſt ṗmi toni q̄ in ſolo deo ponit ſpem. In ep̄la Egrotauit ⁊c̄. iij. Re. xvij. ca. ponit̄ reſuſcitatio filij vidue ab helia ¶ Reſponſorium eſt Bonum eſt ſperare in dn̄o ſemꝑ. q̄ reſuſcitat. ⁊ eſt q̇nti toni. cui⁹ ratio in p̄cedenti feria etiam dictum eſt ¶ Sequit̄ euangeliū Erat quidam ⁊c̄. Joh̄. xj. c. de reſurrectione lazari qui hac die r̄ſuſcitatus eſt ¶ Et offertorium in grāꝝ exhibitionem ꝑpl̄m humilē ſaluum facies dn̄e ⁊c̄. ṗmi toni eadem rōne q̄ ſcꝫ in ſolo deo ſperandum eſſe ¶ In poſt communione vero habet̄. ꝙ ad preces eaꝝ ſcꝫ marie ⁊ marte ſuſcitat⁹ fuit lazarus. videns dn̄s flentes ſorores lazari ⁊c̄. Joh̄. xj. ca. ꝑ quod ſignificat̄. ꝙ ad p̄ces ſanctorum ſuſcitat deus mortuos ſpiritualiter dās eis ṗmam grāꝫ ⁊ eſt primi toni ꝓpter primam reſurrectionem ſcꝫ aīe. ⁊ attende ꝙ ſemper hac die q̄ eſt. xv. a paſſione domini legitur p̄dictum euangeliū. q̄ oſtat hac die lazarū ſuſcitatum eſſe. de quo euangelio ſumitur rn̄ſoriū. Occurrerunt iudei ⁊c̄. quod hodie in quib⁹dam ecc̄ijs cantat̄. cui hodie ꝯgrue in euangelio premittitur dicta lectio de filio ſareptene mortuo. quē ſuſcitauit helias ponens eum ſuꝑ lectum ⁊ expandens ſe trib⁹ vicibus ſuꝑ eum. ¶ Nempe hec mulier eſt ecc̄ia que fide ſuſcipit xp̄m in hoſpicīo cordis filius eius eſt quilibꝫ fidelis qui morit̄ cum morte dignum. peccatū ꝯmittit lectus helie catholicaꝫ deſignat ecc̄iam. in quam ſole aīe reuiuiſcunt dum ꝑ fidem trinitatis a morte reſurgunt ¶ Cetera laudes ꝯfeſſiones ⁊ cōſolationes ſunt cuil⁹libet a pc̄tis reſuſcitati

### ¶ De ſabbato.

Sabbatum vero de largitate ſaluatoris vn̄ introitus eſt. Sicientes venite ad aquas doctrine. ſcꝫ ⁊ baptiſmi Sequit̄ ⁊ bibite cum letitia. h̄ ad ſabbatū mentis ꝑtinent. ⁊ on̄ditur largitas d̄i. qui paratus eſt large dare cuilibet. ⁊ benignitas eius. Vn̄ dicit. venite bibere aquas ſcꝫ que mundificant ⁊ ſcīficant gratis. Sequitur verſus Attēdite ꝑpl̄e meus. in quo on̄ditur ꝙ etiam hoc de aquis doctrine intelligitur ſecundi toni. ꝓpter mundacōēꝫ aīe ⁊ corporis ⁊ ſumit̄ de pſa. ¶ Ep̄la eſt In tp̄e placito ex. te. pſa. xlix. c. ⁊ poſt nunquit pōt mulier obliuiſci infantem ſuū. ecce on̄dit̄ largitas vel caritas dei erga nos Poſtea ſequitur reſponſoriū Tibi derelictus eſt pauꝑ in grāꝝ actiones quarti toni ꝓpter quatuor v̇tutes ꝑ quas ſcīficat ¶ In euāgelio vero. qḋ eſt Joh̄. viij. ca. de eadem largitate agit̄ Ego inquit ſum lux mundi Non dicit hui⁹ hoīs vel illius. ſicut flos campi q̄ ſequit̄ me non ambulat in tenebris On̄dit ergo ꝙ parat⁹ eſt illuminare omnem hoīeꝫ q̄ ſequit̄ ipſum ceterum qui videt currit q̄ currit ꝓuenit ex ceptis ſuꝑbis. Vn̄ ſequit̄ Tu de teipſo teſtimonium ꝑhibes. teſtimonium tuum nō eſt veꝝ Rn̄dit eis ſcꝫ iudeis ih̄s. Nōne ſcriptū eſt in lege vr̄a. ꝙ duoꝝ hoīm teſtimonium verum eſt. videbant eīm miracula. ⁊ ita p̄erat teſtis ei⁹. ⁊ reliquit eos dn̄s q̄i ſuꝑbos diſputatores. non curātes illuminari Soli eīm humiles illuminant̄. Vn̄ ſequit̄ offertorium Factus eſt dn̄s ṗmi toni. q̄ ſolus de⁹ pt̄ illuminare. Quia igitur in hoc ſabbato on̄dit ecc̄ia largitatem dn̄i dantis grām in baptiſmo. ⁊ in doctrina q̄b⁹ ex largitate dei abundanter dat̄ gratia Ideo fiunt ordines in iſto die. ⁊ etiam q̄ iminet tempus paſſionis dn̄i in q̄ arti⁹ ſe tenet ecc̄ia ad ſignificand̄ ꝙ ordinati arcius ſe tenere dn̄t. vt q̄ prius ebrij erant ammodo ſobrij ſint. ⁊ iteꝝ dn̄t ſe immolare deo hoſtiaꝫ ſc̄tam deo placentē Hoc etiaꝫ ſabbato fit ſcrutiniū baptizādoꝝ q̄a cathecumini ad requieꝫ eternam que per ſabbatum intelligit̄ veniunt ꝑ baptiſmum vn̄ in quib⁹dam ecc̄ijs hodie due lectiones legunt̄ in miſſa. ex eadem cauſa qua in q̄rta feria precedenti.

### ¶ De dominica q̇nta in paſſione dn̄i.

Sequit̄ dn̄ica de paſſione dn̄i ſcꝫ de cruce. Incipit aūt h⁹ celebritas paſſionis a fine ſabbati .i. a veſpera lucem huius dn̄ice p̄cedente. quia lazaro in p̄cedenti ſexta feria ſuſcitato q̄daꝫ de bethania abicierūt ad phariſeos narrātes eis miraculum. ⁊ cum in illa ſexta feria fuerit neomenia id eſt ṗma dies menſis ad ſcīficationeꝫ multi iudei pōtifices phariſei ꝯuenerant ibi. q̄ audientes ſignum mox vt

ait Joħ. hoc eſt in ſabbato: collegerūt ꝯſiliū
aduerſus iħm. et ex illa die cogitauerūt vt
interficerent eū. Ac deinceps iħs non palā
ambulat apud eos. quia nondū venerat hora
eius. ideoqȝ in veſpera ſabbati qſi poſt horaȝ
eiuſdeȝ ꝯſilij publicum luctum incipit eccia
ſuo ꝯpatiens dño. vt capiti membra. et ex
tunc lugendo ꝯtitat vexillū regis miſteriū
crucis acetum. fel et arundinem. clauos et
lanceam pforati corpis dieȝ paſſionis. rōes
pacientes. illuſiones inimicorū. et inſidias
eoꝝ. hec et his ſimilia in veſperis et noctur
nis plangit offitijs q̄ de autenticis veteris
et noui teſtamētoꝝ ſunt congeſta ſcripturis
¶ Preterea poſt precedentium. vij. dñicaꝝ
ordinatiſſimaȝ diſpoſitionem. qbus vt pre
miſſum eſt. vij. mundi etates figurant. que
omnes ſunt dñi paſſione redempte merito
ipius dñice paſſionis celebratio inchoat. et
quaſi longa funeris pompa pmiſſa demum
ſequit ipſa ſalutis noſtre victima ingerens
oculis ea q̄ ꝑ nobꝫ ptulit vulnera et mortis
inſignia ¶ Rurſus ideo eccia cātat Vexilla
regis ꝛc. vt ſi forte aliqui ſint lapſi veniant
ad vexillum qd omnes amaritudines facit
eſſe dulces. quod ſignificatum eſt p lignum
ꝓiectū in aquas marath. Sēp eñ et maxie
iſto tpe debem9 habere in memoria dñicam
paſſioneȝ. Vñ in canticis Faſciculus mirre
dilectus meus mihi. inter vba mea ꝯmora
bitur. quia memoria paſſionis dñice ſecum nō
patit amaritudinem pcti. ideo aūt ſpecialit
duabus ſeptimanis ante paſcha paſſio dñi
recolit ¶ Primo quia ipſe a duob9 et ꝑ duob9
ꝯplus paſſus eſt. ¶ Scdo quia duo teſtamēta
p duas ebdomadas exprimimus vetus. qd
pdixit dñm paſſuꝝ et nouum quod oſtendit
ipm paſſum ¶ Tercio quia in duob9 h9 ſeculi
temporibus ſcȝ añ legem. et ſub lege eadeȝ
paſſio vaticinata eſt ¶ Quarto vt hee due
ſeptimane reducant nobꝫ ad memoriā mur-
murationem eoꝝ qui añ legeȝ et ſub lege in
inferno fuerūt vſqȝ ad tempus grē. quod in
tercia ebdomada ſcȝ paſchali ſignificat Ab
hac nanqȝ die q̄ gloria prī dimittit. due ſūt
ebdomade vſqȝ ad paſcha. tunc vero tercia
eſt in q̄ reſtaurat omnis dimiſſa glorificacō
In tercio eñ tempore qd fuit ſub grā omia
bñficia que prēs nrī expectauerunt in ecīa
redduntꝫ Ideo autē glīa prī dimittit. quia ille

verſus ad laudem ptinet trinitatis. q̄ fuit in
paſſione domini quaȝ ab hac die rpreſentat
dehoneſtata Cōſtat eñ ꝙ xpus q̄ eſt tercia
in trinitate pſona fuit dehoneſtatus Sȝ in
reſurrecōe glīa prī reſumit. quia p reſurreccōȝ
fuit glīa immortalitatis glorificatus. Sed
certe hec deteſtatio fuit ſpēaliter in crucifix
ione Vnde poteſt dici ꝙ gloria prī ꝑ nunc
tacet. ꝓpter hūilitatem p quam ad xpi paſſi
onem pueniendum eſt. quia dñs ſe abſcondit.
¶ Et eſt aduertendū ꝙ tacet in introitib9
et rñſorijs. qa illa ſunt de paſſione. et in ve
nite exultem9. in pſalmis vo et ymnis nō.
quia ps. ſignificat operationem Ipſum enim
non pſequebatur niſi linguis tractando de
nece ipſius. nec ipſe bonū deſijt operari Nō
ergo tacet in totum. quia remiſſior dȝ eſſe luct9
eo ꝙ non ſtatim poſt habitū ꝯſiliū de nece
ei9 traditus eſt agn9 in manib9 delanionū
Sed in triduo ante paſcha omnino tacetur
qm̄ tunc maxie ſcta trinitas dehoneſtata eſt
licet enim añ dies illos de nece dñi ageret.
tunc tñ vapulat. ſpuit alapat et crucifigat
vnde pſa. Et vidimus eum nō habentem
ſpēm neqȝ decorem. vel quia tūc ſepulturaȝ dñi
celebramus q̄ maxime fuit eius humiliatio
¶ Ab hac etiaȝ dñica in qb9daȝ ecījs tacet
ad pmam xpe filij dei. vi. quia ex tunc eccleſia
eius mortem et paſſionem rñta tū quia ſm
iudeoꝝ reputationem non poterat alijs mi
ſereri. q̄ ſeipſum ſaluum facere non poterat
de hoc dictum eſt in quinta pte ſb titulo de
pa ¶ Nō fiunt etiam ſpēales ꝯmemoracōes
de ſanctis neqȝ de pace ab hac dñica vſqȝ ad
ſabbatū poſt pentħ. qꝛuis poſt laudes dicat
pcioſa in conſpectu dñi ꝛc. et ad pmaȝ orō
Dñe de9 oēs ꝛc. in quib9dam ꝯmemoratio
generalis fit de ſanctis. Circa qd ſciendum
ꝙ ꝯmemoratio ſctorū duplici ex cauſa fieri
ꝯſueuit viȝ ad recolendum eorū ſanctitatis
meritum. et impetrādum patrocinium nobꝫ
ſalutare. q̄ duo excellētiſſime in xpo noſtro
capite paſſionis et rſurreccōis ſiue tpe nobꝫ
attendēda monſtratur. quia paſſionis ſue tpe
pbuit eximiū hūilitatis et ſctitatis exemplū
poſt reſurreccōȝ vero ſuaȝ apud prēm ſicut
teſtat ioħ. nr̄ aduocatus ſctus eſt ſingularis
vt igitur nr̄a intentio. illo pcipue tempore
ferat in ſue ſanctitatis exemplū et ſpes nr̄a
eleuet ad vnicum eius ſingulare refugium.

conuenienter tunc aliorū sanctorū specialia
suffragia omittunt Hinc etiam est  q̄daȝ
ecclesie omittunt post pmam dicere · p̄ciosa
est in cō· damini r̄c· Incipientes ibi · Deus
in adiutorium meum r̄c· ꝛ in illa etiaȝ oroe
Dn̄e sc̄e pr̄ter omp̄s que dicit̄ ad primam·
p̄termittuntur verba illa ꝑ intercessionem
beatissime virginis marie ⁊ oim̄ sanctorū
Qui vero dicunt · p̄ciosa · asserunt illud · 
non est hora · nec pars canonice hore prout
dictum est in qn̄ta pte sub ti· de pma Fit tn̄
aliq̄lis ⁊ generalis sc̄orū ꝯmemoratio in
ec̄cia· ꝙ ꝑ eoꝝ multitudineȝ ⁊ nr̄aȝ imbecilli
tatem de ipsoꝝ quolibet sicut debitum esset
solennizari non pt̄ Et ex hoc etiam apparet
q̄re omittit̄ ꝯmemoratio de pace· ꝙ sicut ait
apl'us ad coloc̄· primo xp̄us pacificauit per
sanguinem crucis ei9· siue q̄ in terris· siue
q̄ in celis sunt· ⁊ post resurrecc̄oȝ suaȝ pacē
discipulis suis nunctiauit· ⁊ cum eis ipse q̄
pax nr̄a est ꝯtinue vsq̄ ad ascensioneȝ suam
conuersari· ⁊ tunc eis pacem suam dedit di
cens· pacem meam do vob̄ ⁊ in pentb̄· con
solatorem mittere dignatus est incassum g°
fieret ꝯmemoratio de pace· Introitus autē
incipit ab oroe dn̄i in passione Iudica me
de9 ⁊ di· causaȝ meā r̄c· in hoc em̄ instruxit
nos in orando Sequit̄ emitte lucem tuaȝ r̄c
q̄a qui videt pmia fortis efficit̄ in pugna ꝛ
veritatem tuaȝ r̄c· qui em̄ videt vera bona
de facili ducitur in eterna tabernacl'a· ⁊ est
quarti toni ꝓpter formam crucis· vel ꝓpter
q̄tuor q̄ petunt̄ scȝ iuditium· discretio· libe
ratio· ꝛ fortitudo· Epistola vo scȝ Xp̄us ex
istens pontifex futuroꝝ bonoꝝ pamplius ꝛ
p̄fec̄ti9 r̄c que est Heb· ix· c· on̄dit efficatiaȝ
passionis xp̄i· ꝑ passioneȝ em̄ eius in eterna
tabnacula ducim̄ e9 memores esse debemus
Sed ꝙ non om̄s intrabunt nisi q̄ faciūt ei9
voluntatē· ideo seq̄tur rn̄sorium Eripe me
de inimicis meis doce me r̄c· Aliter em̄ non
intrat in sancta sanctoꝝ ⁊ est· iiij· toni ꝓpter
liberationem a triplici inimico ꝑ virtutem
trinitatis Postea seq̄tur tract9 in quo ꝯq̄rit̄
dn̄s de inimicis suis dicens Sepe expugna
uerūt me r̄c· in abel ⁊ in alijs· ꝛ verissime
d° tractus ꝙ h9modi cogūt nos ducē vitaȝ
miseram scȝ allophili ⁊ philistei· ⁊ est· viij
toni· ad significand̄ ꝙ h9modi tribulac̄oes
veniūt sup nos · vt simus memores alteri9

vite q̄ erit in octaua etate quia ad dn̄m cum
tribularer cla· r̄c· Et Iob operuit cōfusio
facieȝ ei9 Postea sequit̄ euangelium· Quis
ex vobis r̄c Ioh̄· viij · c· in quo habet̄ contu
melia iudeorum dicentium dn̄o demonium
habes· ꝛ domin9 abscondet se vt expectaret
tempus immolac̄ois agni· ꝛ· x̄· luna on̄dit
se sic̄ dicebat de agno fieri vt habet̄ in Exo·
xxviij· c· Ec̄cia vero on̄dit se esse contrariaȝ
eis in offertorio q̄si diceret· ipi̅ dicunt demo
nium habes ꝫ ego confitebor tibi dn̄e· ꝛ est
pmi toni ꝙ soli deo confitendum est Postcō
munio autem est hoc corpus r̄c Luc̄· xxij· ꝛ
Matth· xxvj· ⁊ Mar· xiiij· ⁊ pma corinth̄· xj
ca· Et incipit eam sacerdos ad on̄dendum
ꝙ magnus sacerdos sacrifitium vetus mu
tauit in nouum sacrifitium· ⁊ est· viij· toni
ꝙ illud sacrifitium est verū · quod pficiet̄ in
paradiso qn̄ resurgemus· ⁊ illud apostoli·
vere implebitur oi̅a vestra sunt·

De secunda feria·

Secunda feria est de crucifixione
nostra ⁊ maxime de ieiunio · ꝙ
debem9 crucifigere membra nr̄a cum vitijs
⁊ cōcupiscentijs· sicut p̄cedens dn̄ica est de
cruce Sed ꝙ non pt̄ homo ieiunare n̄ liben
ter ab inimicis visibilibus ⁊ inuisibilibus
dyabolo scȝ ⁊ mundo ⁊ malis hoībus· ido
ec̄cia petit in introitu liberari ab inimicis·
⁊ est tercij toni· ꝓpter liberac̄oem a triplici
inimico Epl'a vero est Factum est v̄bum
Ioh̄· iij · c· in qua inuitam̄ ad ieiunium per
exemplum niniuitaꝝ· q̄ solius ione ꝛ vnica
p̄dicatione ieiunium indixerūt etiam iumtis
vt liberarentur a temporali subūsione q̄nto
magis nos debem9 pniaȝ suscipere ad vocē
veri ione · scȝ xp̄i ⁊ aploꝝ vt a subuersione
spūali liberarem̄ · In rn̄sorio petit similiter
liberari ab inimicis· Et est versus· deus in
nomine etcetera· tercij toni ꝓpter virtutem
trinitatis ⁊ liberationeȝ a triplici inimico
Postmodum sequit̄ euangelium Miserunt
p̄ncipes Ioh̄· vij · c· in quo dicit dn̄s scribis
⁊ phariseis· Quid vultis me interficere ⁊
loquit̄ de resurrectione sua ⁊ ascensione · ⁊
spūssancti missione ꝓpter hoc vt illi q̄ sunt
in cruce· q̄ sustinent multa a malis · sic ipse
dn̄s semper habeant respectum ad fructum
caritatis Vn̄ ascēdaȝ in palmā ⁊ app̄hendā
fructum ei9 In offertorio· Dn̄e converte ⁊

erip ⁊ aīaꝫ meā ⁊c̃· petit liberari ab inimicis
in aīa· ⁊ eſt· vj· toni· q̄ꝛ liberatio aīe pfecta
liberatio eſt· ſenarius em̄ numerus pfectus
eſt In poſtcōmunione· Dñs virtutum ipſe
eſt rex glīe· attribuit deo liberacōꝫ ſuam ⁊c̃
⁊ eſt tercij toni· qꝛ ille eſt deus trinitas qui
liberat Dicit aūt ad horas· c· illud· attende
dñe hier· xviij· c· ⁊ illud Dñe omnes qui te
derelinquūt ibidē· xvij· c· ⁊ illud ꝯfundant
q̄ me· quod eſt ibidem· ⁊ illud tu autē dñe
xx· c· ⁊ illud· dñs deus apuit Pſa· l· c·

¶ De tercia feria·

T Ercia vero feria ad patientiam
inuitat· vñ introitus eſt Expec
tabo dñm· vſus Dñs illuminatio mea· de⁹
em̄ dat patientiam· ⁊ q̄ illuminatus eſt pa
cientiam hꝫ· ⁊ eſt· vij· toni· qꝛ patientia ꝯci
pitur reſpectu quietis eterne· poſtea ſeq̄tur
epl'a congregati ſunt· Daniel· vltimo in q̄
oſtēdit effectus patientie· q̄a ibi habet̄ quō
babiloni miſerūt danielem in lacum leonum
nec tetigerunt eū· ⁊ miſſus eſt ei cib⁹ a dño
p abacuc· ⁊ ſignificat ꝙ p patiaꝫ liberat nos
dñs a ſpūalibus babilonis· ⁊ qñq; etiam li
berat corporaliter· ⁊ dat vitaꝫ eternaꝫ iuxͣ
illud Apoc̄· Qui vicerit dabo ei manna ab
ſconditū In rñſorio diſcerne cauſaꝫ meā ⁊c̃
petit liberari ne ſuccūbat· Deinde ſequitur
emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam Ecce
ſemp petit luceꝫ quam q̄ videt patiam hꝫ ⁊
ſic liberat̄· ⁊ eſt qñti toni· qꝛ petit liberari a
temptatione· v· ſenſuum· vel ab inimicis q̄
nocuerūt p· v· ſenſus· Intrat em̄ mors per
feneſtras corporis ¶ In euangelio vͦ Am
bulabat ihūs in galileaꝫ ⁊c̃· oñdit̄ diſcretio
bonoꝝ ⁊ maloꝝ· tempus vero bonorū erit
in futuro· Vñ dꝫ dicere patiens· ſicut dixit
dñs tempus meum nondū eſt· ⁊ dꝫ ſperare
in dño Vñ ſequit̄ offertorium· ſperent in te
q̄ te nouerūt ⁊c̃· ⁊ qꝛ ſp ſuſtinet malos· ideo
in poſtcōmunione Redime me dñe ⁊c̃· petit
liberari q̄ eſt· vij· toni ꝓpter requiem q̄ ſpat̄·

¶ De quarta feria·

Q Varta feria oſtēdit ꝙ a ſolo deo
eſt liberatio· qꝛ fidelis eſt deus q̄
non permittit nos temptari ſup̄ illud quod
poſſum⁹ ſuſtinē· vñ introitus eſt Liberator
meus ⁊ vſus Diligam te dñe Forti· mea ⁊c̃
Ecce ponit deum fortitudinem ſuam· ⁊ eſt
tercij toni ꝓpter donū trinitatis ⁊ propter
triplicem inimicū ¶ In epl'a vero Locutus
eſt Leuit· xix· c· enumerantur precepta· vbi
oñditur iudeos non obſuare illa in hoc ꝙ
pſequebant̄ innocentem ⁊ oīes etiam qui
pſequunt̄ bonos· non ſunt timendi· qꝛ ſunt
inimici dñi Vñ ibi habet̄ nō iniuſte iudicab
⁊ ideo in rñſorio Exultabo te ⁊c̃· petit libe
rari qō eſt· vij· toni ꝓpter ſeptiformeꝫ gr̄am
¶ In euāgelio vero Facta Joh· x· c· oñdit̄
qō fecerit dñs in excennijs· q̄a iudei tulerūt
lapides· vt iacerent in eum ⁊ domin⁹ dixit
Mlt'a bona opa feci vobis ꝓpter qō vultis
me lapidare· excenniū feſtū erat dedicacōis
templi hoc eſt de repatione ipius a macha
beis· Seq̄tur ⁊ hyems erat hoc erat in die
iudicij qñ repabit̄ veꝝ templum qñtum ad
bonos· ⁊ hyems malorū erit· boni vͦ cog
noſcent dñm ſicut in euangelio dͬ vos aūt
cognouiſtis me· qꝛ pr̄ in me eſt ⁊ ego in pr̄e
⁊ tunc plene liberabit̄ eccleſia ſicut petit in
offertorio· Eripe me ⁊c̃· qō eſt· vij· toni· q̄a
tunc erit vera quies vel ꝓpter gr̄aꝫ ſeptifor
mem· quia vero beatus erit qui erit in illa
quiete ꝙ non erit ſine innocentia· Ideo eſt
poſtconmunio· Lauabo inter innocentes
manus etcetera· Et introibo ad altare dei
id eſt ad altare quiete mētis· ⁊ ad altare ſu
pnum qō eſt· viij· toni· qꝛ hoc erit in octaua
etate ſicut dictum eſt Quarta ergo feria eſt
de encennijs· i· de dedicacōne q̄ plene fiet in
futuro qñ ecc̄ia pfecte dedicabit̄ deo·

¶ De qñta feria·

I N quinta feria immolat eccleſia
hoſtias ſpirituales p q̄s poſſit
conſequi illō gaudium· ſꝫ q̄a non interp̄tat̄
mīa· niſi confitendo iuſtitiam· ideo dicit in
introitu confitendo iuſtitiam dei erga nos
Omnia que feciſti nobis dñe in vͦo iuditio
feciſti Daniel· iij· c· ſi miſiſti tribulationes
bñfactum eſt· q̄a peccauimus tibi ⁊ poſtea
petit mīam Da inquit gliaꝫ nomini tuo· ⁊
fac nobiſcū ſm multitudineꝫ mīe tue vſus
eſt· Magnus dñs ⁊ lau· ⁊c̃· ⁊ eſt tercij toni
qꝛ q̄ ꝯfitet̄· dꝫ cōfiteri tripliciter pcc̄m ſuum
In alijs tñ ecc̄ijs eſt vſus· Bt̄i immaculati
Idem habet̄ in epl'a q̄ ſumpta eſt de daniele
iij· c· Orauit daniel dñe de⁹ ne deſpicias ⁊c̃·
qꝛ peccauim⁹ ⁊ nō eſt nobis ſacrificium ⁊c̃
Ita enim dicebant filij iſrahel· qñ erant in
babilone· ſic ⁊ nos poſſumus dicere· quādo

ſumus in pctõ·non eſt ſacrifitium·ſ; in ſpũ humilitatis·⁊ in animo cõtrito ſuſcipiant domine a te· In rñſorio Tollite hoſtias ⁊c̄ monet nos offerre hoſtias ſpũales v̉ſus eſt Reuelabit deus odenſa Aliter em̄ non põt offerre ſpũaliter·n̄ deus ꝛ̇moueat tenebras a corde ⁊ eſt qn̄ti toni ·q̄a talem oportet in v·ſenſib⁹ mactari· ¶ Vn̄ ſeq̄tur euangeliũ Luce·vij·Rogabat ih̄m·in quo habet quõ bt̄a maria magdalena impetrauit veniam lacrimis·qꝛ quot hũit in ſe oblectamẽta tot mactando ſe hoſtias ſpũales obtulit deo in corpore ſuo In offertorio Sup flumina ⁊c̄ oñdit quõ flendum ſit·⁊ quõ oportet lugẽ duo em̄ ſunt q̄ hoc faciũt ·ſcȝ memoria pc̄ti p̄teriti·⁊ recordatio celeſtis hieruſalem qm̄ qn̄ hõ ſuas miſerias mũditie opat ãgeloꝝ flet ſup flumina babilonis ⁊ eſt ꝑmi toni· qꝛ h⁹ dȝ eſſe ꝑmũ in memoria ſcȝ finis ꝓpter q̄rem ſum⁹ In poſtcõmunione orat vt dñs memor ſit ꝓmiſſionum·Memento v̉bi tui ſuo tuo in quo mihi ſpeȝ dediſti·⁊ eſt·viij toni·quia in octaua etate fiet illa dedicatio In quib⁹daȝ tñ ec̄ijs legitur euangelium· vbi dicit qꝫ cum q̄dam vellent ap̄phendere ih̄m·⁊ tamẽ nemo miſiſſet manum in eum Dixerũt pontifices ad miniſtros quare non adduxiſtis eum·rñderũt miniſtri ·nunq̄ ſic locutus eſt hõ ſicut hic loquit· ¶ Hac etiaȝ die cõuenienter legit illud euãgelium vbi di⁹ qꝫ reuerſi ſunt vn⁹quiſq; in domũ ſuam ¶ In offertorio vero dicit In ſalicibus in medio eius ſuſpẽdimus organa nr̄a qꝛ poſt hanc dieȝ nullum euangelium legit in quo dñs iudeis publice p̄dicaſſe narretur· Ecce ergo illud diuinitatis organum·in illis ſalicibus ⁊ fluctuoſis hominibus babilonis ſuſpenſum eſt·

¶ De ſexta feria·

SExta feria ẽ de paſſione·⁊ orat xp̄s dans nobis in introitu formam orãdi miſerere ⁊c̄·⁊ eſt·v· toni·q̄a non põt fieri liberatio ſine quinq; ſenſuum cohibitione ¶ In ep̄la·dñe oẽs ⁊c̄ hier·xvij·c·Petit ſuaȝ liberacõȝ ⁊ inimicoꝝ ↄfuſioneȝ· In rñſorio v̉o ſimiliter ↄquerit de inimicis ⁊ maxime de ẏpocritis pacifice loquebat ⁊c̄·ſcȝ cũ dicebãt·Magiſter ſcim⁹ qꝫ verax es·⁊ tñ dolus erat in corde ·vnde vide domine ⁊c̄· In euangelio Collegerũt põtifices ⁊ phariſei Joh̄·xj ·c·ſiliter dolus exprimitur ⁊ dicit·igit venient romani ⁊ tollent locum nr̄m ⁊ gentem·qꝛ iam albatũ erat ſceptrum de iuda ·⁊ dux de femore ei⁹ ⁊ p̄pilatum p̄ſidem romane p̄tatis habebãt ¶ Quia v̉o vbi eſt dolus ⁊ crudelitas·ibi maxie indiget hõ ſapia vt ſapienter rñdeat idõ in offertorio petit intellectum vt poſſit rñdere ſine pctõ benedictus es dñe doce me iuſtificationes tuas ⁊c̄·⁊ reſpondebo ſicut dic dauid tercio· ℞ ·dimitte eum vt male dicat mihi ſicut precepit dñs·tales em̄ ſunt virga dñi·vñ Aug̃·vñ ſupbiunt impij·qꝛ eos facit p̄r me⁹ virgam ſuaȝ ·⁊ in ꝓũbijs Filij mi ſtude ſapiaȝ vt poſſis rñderi ſmoni ⁊ eſt ſepti toni ꝓpt ſpũſſc̄ti gr̄aȝ ſeptiformeȝ Poſtconmunio quoq; Ne tradideris me ⁊c̄· eadem rõe eſt·vij·toni·in q̄ petit liberari·

¶ De ſabbato·

SEquitur ſabbatũ quod dicitur ſabbatum vacans·ſicut ⁊ ſcõa dñica quadrageſime· In hoc enim ſabbato intendere cõſueuit dñs ꝓ·pauperibus xp̄i dando elimoſinam ⁊ mandatum celebrãdo tũ qꝛ in cena dñi ꝓpter offitij magnitudinẽ hoc facere non poterit·tũ qꝛ ſicut dicit ioh̄s añ ſex dies paſche venit ih̄s in betaniaȝ ⁊c̄· fc̄m eſt ↄuiuium in domo marie ⁊ marthe vbi fuit lazarus queȝ dñs poſtea ſuſcitauit ⁊ tunc maria vngento nardopiſtico vnxit pedes ih̄u ·ap̄licus ergo in memoriaȝ eius qđ illa deuotiſſime egit·facit membris xp̄i qđ ipſa capiti fecit·vt pedes ih̄u vngendo ·i·dñi veſtigia ſectando·⁊ capillis tergẽdo ·i·ſupflua pauperibus erogando·impleat domus odore vngenti·i·mũdus impleatur bona fama Quia ergo hac die circa p̄miſſa caritatis opa exercenda occupatus eſt Ideo vacat hoc ſabbatũ a ꝓp̄o offitio ·⁊ mutuo accipit a qn̄ta feria antecedenti· vel in q̄b⁹ dam ec̄ijs a ſabbato antecedenti Sitientes venite ad aquas ¶ Legitur Ep̄la de hier· xviij·c· Dixerũt impij ⁊c̄·in qua ſunt male cogitationes q̄ preceſſerũt paſſionem·venite cogitemus contra iuſtum cogitationes ·⁊ poſtea percutiamus eum lingua·tales auteȝ non hñt ſabbatum·qꝛ nõ eſt pax impijs dic dñs ¶ In euãgelio vero ſubleuat ⁊c̄ Joh̄· xvij· ca·⁊ rogat ꝓ ſe·⁊ ꝓ diſcipulis ⁊ pro oĩbus fidelibus ·vt habeant ſabbatum qđ erit per veritateȝ ⁊ caritatem in futuro·qñ

vnum erimus ·ſicut pr̄ ⁊ filius ſunt vnū .i·
in maiori approximatione · q̄ poſſit eſſe illi
vnitati qua pr̄ ⁊ filius vnū ſunt· In aliȷs
vero ecc̄ȷs legiꝰ euangelium· Cogitauerūt
aūt Ioh̄· xiȷ ·c· In quibꝫdaȝ etiaȝ ecc̄ȷs legiꝰ
euangelium de ꝓditione iude· amen amen
dico vobis· niſi manducaueritis · cui recte
ꝓmittiꝰ lectio hier· vbi diͬ venite cogitemꝰ
contra iſtum cogitationes · Hoc ſabbatum
ꝑuilegiatum eſt· q̄a vt ꝓmiſſum eſt dn̄s ꝑp·
tunc elemoſinas dat· ⁊ mandatum facit· ⁊
q̄a hac die vt q̄dam dicunt· xp̄us diſcubuit
in domo ſimoīs leꝓſi· ⁊ martha miſtrabat
ei· ⁊ maria lacrimis ſuis pedes eiꝰ lauit · ⁊
ꝓriȷs capillis terſit·

nus de vita bt̄a ⁊ de bonis morib⁹ p quos
ad eam venit̄ q̄ in hac q̄rta lectione docent̄
Siq̄dem vita eterna eſt hereditas q̄ ſeruis
dñi debet̄· ⁊ iuſtitia eoꝝ eſt apud eum eſſe·
Nam meritis eorũ iuſti debent̄ vt apud eũ
eternaliter quieſcant Ea v̇o q̄ ſequũtur ad
mores ptinent vt illud· Audite audientes
me· ⁊ cōmedetis bonum ⁊ delectabitur in
craſſitudine aīa vr̄a · p bona intelligit ip̄m
vl̄ verbũ ei⁹· quo oīa reficiũtur Vñ notãs
delicias aīe non carnis dixit delectabitur in
craſſitudīe aīa vr̄a Hãc lectionem ſequunt̄
duo cantica in q̄b⁹ daʒ ecc̄ijs In ea eñ agit̄
de hereditate eterna q̄ erit in duobus ·i· in
gl̄ia aīe ⁊ corporis ſʒ conuenientior eſt rō
q̄ in ea agit̄ de duob⁹ ſcʒ de morib⁹ bonis
⁊ vita bt̄a· vt dictum eſt Primum canticũ
eſt ſcʒ Attende celum· qḋ eſt Deut̄· xxxij· ad
bonos mores ptinet· vñ v̇ba cãtici hm⁹odi
v̇bis lectionis in pleriſqʒ rn̄dent In leccōe
v̇o dicit̄ Faciam vobiſcũ pactũ ſempiternũ
miſericordias dauid fidelis Et in cãtico dᵒ
Deus fidelis ⁊ abſqʒ vlla iniq̄tate ⁊ ibi dᵒ

quomõ deſcẽdit ymber & nix de celo ⁊ illuc
vltra nõ reuertit̃· ſ₃ inebriat terrã ⁊ gñare
eam facit· hic dᷓ Quaſi ymber ſup herbaʒ
& nix ſup fenum ⁊c· Quia bona opera que
facim⁹ ſunt ad dei gl'iam referenda· idcirco
circa finem lectionis dᷓ Date magnificẽtiã
dõ vr̃o Attẽdens võ ſacdos cathecuminoꝝ
animos eſſe deuotos· & ad baptiſandũ eſſe
paratos orat ꝙ dñs quos aq̃ baptiſmatis
abluit· otinua ꝓteccõe tueat̃ Poſtea ſequit̃
cãticum in pſona cathecuminoꝝ rñdentiũ
ſe affectare baptiſmũ· vt p hoc ad viſionez
dei pueniant Vñ cantat̃ Sicut ceruus deſi
derat ad fontes aq̃ꝝ· ita deſiderat aĩa mea
ad te deus Sup quo dicit Aug⁹· ꝙ hoc eſt
in pſona cathecuminoꝝ dicit̃ deſiderãtium
ad fontem baptiſmi puenire· ſic̃ ceruus de
ſiderat ad fontes aq̃ꝝ venire· poſt exponit
deſiderium ſuum cathecuminis Sitiuit aĩa
mea ad deum fon· vi· q̃ ve· ⁊ appa· ad faciẽ
dñi q̃ſi dicat· ſi non in ingreſſu· ſi non in ꝓ
greſſu ſaciabor in ꝓuentu· hoc deſiderium
ofirmat ſacdos orans ⁊ dicẽs vt deſiderꝯs
celeſtibus accenſi fontez vite ſitiam⁹ Quia
aũt ſex lectiones legunt hoc faciũt ꝙ p xp̃i
paſſionem & reſurreccõꝫ mundus ſex dieb⁹
pfectus· redemptus & ṙparatus eſt· vel ꝓpt̃
ſenariam numerum q̃ pfectus eſt· vel quia
cathecumĩ ad ſex opa mĩe inuitant̃· ¶ Nũc
tangam⁹ oſuetudinem eccĩaꝝ· xij· lectiones
legentium Quod faciunt in honorem· xij·
apl'oꝝ a q̃b⁹ poſt xp̃m oĩs doctrina xp̃iani
tatis ꝓceſſit· a q̃ cathecumini illũiant̃· & hi
qñq₃ legũt ſex gr̃ce ⁊ ſex latĩe ꝙ xp̃s a iudeis
ad gẽtes tranſlatus eſt· Greca em̃ & latina
lingua ſũt pn̄cipaliores inter alias· & per
eas apte totũ gen⁹ oĩm gentiũ reparataꝝ
p x̃m intelligimus veꝝ & ſi p̃miſſi legant
xij· leccões· non tñ cantant niſi q̃tuor cãtica
p̃dicta· Poſt q̃rtam nanq₃ lectionem cantãt
p̃mũ canticũ· p⁹ octauaꝫ ſcdm· p⁹ vndecimaꝫ
terciũ p⁹ duodecimam q̃rtum· Prima lectio
eſt· In pn̄cipio creauit deus celum ⁊ terrã
in q̃ hõ ad ymaginem dei factus docet̃· Sꝫ
hec ymago pene ãmiſſa p pc̃m reſtaurat̃ p
baptiſmũ· Vñ ſequit̃ ſcd̃a lectio Noe vero
cũ eſſet ⁊c· q̃ eſt Geñ· v· in fine· ⁊· vj· ⁊· vij
&· viij· c· in q̃ oñditur ꝙ oẽs perierunt in
diluuio· exceptis his q̃ in arca ſaluati ſũt·
diluuium eſt baptiſmus· arca eſt eccĩa· oẽs
em̃ q̃ extͣ eccĩam baptiſant̃ pereunt· ⁊ illi ſoli
q̃ ſunt in eccĩa merito ſaluantur· & q̃a poſt
baptiſmum dꝫ eſſe paratus ad temptacõem
idcirco ſequit̃ tercia lectio· Temptauit de⁹
Abraam q̃ eſt Geñ· xxij· ca· in q̃ yſaac· legit̃
a pr̃e oblatus· ⁊ aries ꝓ eo immolatus Ita
& dei filꝰ ꝓ nobis oblatus eſt· ſ₃ nõ eſt eiꝰ
diuinitas ymmo eius corpus pro nobis eſt
immolatum Et q̃a in paſſione dñi maiorez
efficatiam baptiſmus ṙcipit· idcirco quarta
lectio ſcꝫ Fcm̃ eſt in vigilia matutina in q̃
oſtenditur ꝙ in mari rubro ſummerſi ſunt
egiptij & liberati hebrei ſacerdos enim eſt
moyſes· baptiſmus mare· cereus columna
ignis· cathecumini egiptij baptizati hebrei
Tres p̃me lectiones ſumpte ſunt de geneſi·
Quarta eſt de Exodi· quam ſeq̃tur cãticum
ſimiliter de Exod̃· ſumptum qd̃ eſt canticũ
victorie· Qn̄ta lectio eſt Hec eſt hereditas
ſumpta eſt de yſaia· ĩ qua agit̃ de baptiſmo
ibi Sicientes venite ad aquas· vbi inuitant̃
ad baptiſmũ· Sexta lectio eſt Audi iſrahel
ſumpta de baruth· ca· iij· ouenientius dicit̃
ſumma de hieremia· quia quicquid ſcripſit
baruth ab ore hieremie ſumpſit ĩ ea agitur
de xp̃i reſurrectione· que in baptiſmi immer
ſione ſignificat̃· ibi p⁹ hec in terra viſus eſt
& cauſam hominib⁹ ouerſatus eſt Septĩa
eſt Facta eſt ſuper me manus dñi Sumpta
de Ezechiele· xxxvij· in qua agitur de gñali
reſurrectione cuius cauſa p̃ceſſit ṙſurrectio
xp̃i ibi· Oſſa arida reuiuiſcunt· Octaua eſt
Apprehendent ſeptez mulieres virum vnũ
ſumpta eſt de yſaia· in qua xp̃us & eccleſie
ſacramentum exprimit̃· & etiam baptiſm⁹
ibi Cum abluerit domin⁹ ſordes ⁊c· Poſtq̃
ſequit̃ canticum yſaie· in pſona eccleſie· viꝫ
vinea facta eſt· Nona eſt Dixit domin⁹ ad
moyſ̃en Exo· xij· ca· in qua ſub figura agni
immolati· xp̃i paſſio ꝓ nobis immolati ex
primitur· Decima Factum eſt verbum dñi
que eſt Jone· iij· c· ſub figura enim Jone in
mare proiecti· ⁊ a ceto abſorpti· & tercia die
euomiti ſignificant̃ paſſio· ſepult̃a· ṙſurrectio
xp̃i· Vndecĩa Scripſit moyſes· & eſt Deut·
xxxj· c· in fine· quam ſequit̃ ſuum canticum
Attende celum· in quo premittunt̃ premia
ṙnatis quibus in lectione lex dñi ꝓponitur
duodecĩa eſt Nabuchodonoſor Dañ· iij· c·
in qua figurate oſtẽditur· ꝙ ſic angelus in

camino ignis flammã extinxit · ita ſpūſctūs
per baptiſmum flammã peccati extinguit
Vnde cathecumini baptiſmum deſiderãtes
cantant canticum · Sicut ceruus deſiderat
ad fontes aquarum · qđ ſumptum eſt de pš
Ad orationem autem que poſt hauc leccõe
ſeqtur non dicitur Flectamus genua · in de
teſtationẽ eius ꝙ Nabuchodonoſor rex in
otemptum dĩ coegit populum genua flectẽ
ante ſtatuam auream quã erexerat ¶ Ro
mani vero dicuntur legere · xxiiij · lectiones
duodecim grece et duodecim latine · propter
cauſam ſcriptã ſub ſabbato quarte ebdõde
aduentus ¶ Primo legunt duodecim grece
iuxta trãſlationem ſeptuaginta interpretũ
que eſt autentica apud grecos · poſtea duo-
decim latine · iuxta noſtram · et vt ſignificent
cathecuminos fundari ſuper fundamẽtum
apoſtolorum et ꝓphetarũ · poſtea deſcendũt
ad baptiſmum cum cantico · debent eñ eſſe
fontes in eccleſia et nõ alibi quia mater eſt
ex qua noua ꝓgenies generatꝰ ¶ Quicunq̃
ergo numerus fuerit in lectionibꝰ quatuor
tantum ſunt cantica · Eſt autem canticum
ſanctorum interceſſio facta pro cathecumĩs
vt eccleſie iungantur · ſicut et cantus poſt
baptiſmum · eſt gratiarum actio de diũctis
et interceſſio vt pſeuerent Ideo aũt cantica
cantantur · quia cathecumini quorum eſt hꝰ
diei offitium · futuri ſunt in proximo de cetu
centum quadragintaq̃tuormilium cãticum
nouum · Cantatur etiam propter futuram
renouationem in veram innocentiam q̃m
iam factum ſit quod cito venturum eſt · Ex
pſona enim eorum cantores cantica canunt
que ceteri cantare nequeũt · quaſi maculati
iterum poſt baptiſmum · Vocantur autem
cantica · quia cantãtur · vel quia liber vnde
excerpta ſunt cantica · ſiue carmina vocãtur
De pmo ſcriptum eſt · nunc cecinit moyſes
et filij iſrahel carmen hoc domino · De ſcđo
ſic cantabo dilecto meo cãticum patruelis
mei De tercio ſic ſcripſit Moyſes canticum
De quarto et de omnibus · ita dicit Augꝰ ·
in pfatione cantici Sicut ceruus · ideo q̃tuor
cantica dicũtur · qꝛ ſcripture qbꝰ cathecumĩ
inſtruunt quatuor habẽt intellectꝰ Primũ
canticum hꝫ intellectum hiſtoricum · Scđo
alegoricum Tercium moralem · Quartum

anagogicum quorum vnumquodq̃ ſubdit
lectioni in eodem dogmate conſiſtenti · Ac
ideo vltimis q̃tuor lectionibus que de boĩs
moribꝰ et celeſti patria diſputant · diũgunt
duo cantica · qui de eadẽ materia loquitur
vt pmiſſum eſt · ¶ Illud quoq̃ notabile eſt
ꝙ quotcunq̃ fuerunt lectiones ſuper oñoes
ſequentes ad lectiones et tractus reſpiciunt
precedẽtes et eſt prepoſterus ordo · alias eñ
Primo ſacerdos orat · Secundo legit lector
Et exinde ſuccinit cantor Hic vero Primo
legitur · vt neophitis doctrina fidei ꝓponat
Secundo cantatur in perſona illorum · vt
cognoſcatur quanta ſit deuocõ et hilaritas
baptizandorum · qua cognita ſacerdos orat
confidenter · vt eorum deuotio nõ defitiat
ſed incremẽta ſuſcipiat · Et ſic in lectionibꝰ
tituli ſupprimuntur · ſic eadem ratione orati
onibus · dominus vobiſcum ſubtrahit · Et
nota ꝙ in hoc offitio lectiones ſunt q̃ſi ſpes
magiſtrorum · cantica quaſi beniuolentia
auditorum · Oratio ſacerdotis et reſponſio
populi · ſcꝫ amen · ſunt quaſi cõfirmationes
beniuolentie precedentis Item hodie in lec
tionibꝰ et letanijs ſenes pcedunt et iuuenes
ſubſecunt · vt infra dicetur ·

QVarto loco de bñdictione fonti
um ſeu baptiſmi dicturi premit
timus · quod idõ fit hac die bap
tiſmus quia in eo conſepulti ſumus xp̃o et
propter hoc baptizãdus ter immergit ꝓut
infra dicetur · Secundo ideo · quia baptiſmꝰ
partim a paſſione · et partim a rſurrectione
vim ſuam accipit a paſſione ablutionem a
peccatis a rſurrectione gratie innouationẽ
Tercia ratio · quia ſicut dominus tunc libe
rauit antiquos patres a carcere infernali ·
Vnde pſa · Habitantibus in rgione vmbre
mortis lux orta eſt eis · ita et hac die liberãt
a peccato originali In fontiũ benediccõne
et in cathecuminorum immerſione · quidã
vtuntur ſimplicibus et lineis indumentis
propter rationem ſcriptã in prima pte ſub
titulo de altaris dedicatione · De letania q̃
in benedictione baptiſmi dicitur infra dicet
In benedictione baptiſmi ſunt ſex quoniã
ſacerdos orat · aquam manu tangit · vocem
mutat · cereꝰ immergit · et alij cerei illũiant
inſufflat ſacerdos et criſma miſcet · Primo

ergo orat deum patrem & per hieſum xp̄m
implorat ſpm̄ſanctū vt in fontes deſcendat
ideo ꝙ in modum orationis legit · ſed ante
oīa ab aſtantib⁹ ſibi captat beniuolentiam
ſalutando eos dicens · dominus vobiſcum
Et illi reſpondent · ꝛ cum ſpiritu tuo · quaſi
diceret · domin⁹ ſit tecū in tanto ſacramēto
pficiendo · q̄a ſine eo nil potes · poſt ſac̄dos
alloquitur dominum · quaſi longe poſitum
rogans vt velit adeſſe preſens dicens Omī
potens ſempiterne deus adeſto magne pie:
tatis tue miſterijs · adeſto ſac̄mentis ꝛc̄ · Sꝫ
quia videtur ſacerdoti ꝙ inſuffitiens ſit &
indignus ad inuocandum taꝫ magnum do
minum · ideo iterum circūſtantes monet &
vocem mutans dicēs · Surſum corda · & ipi
reſpondent · habemus ad dominū · Iterum
quia dominus dicit · adhuc te loquēte · ecce
aſſum · intelligens iaꝫ dominum eſſe preſen
tem · monet alios ſecum gr̄as ei agē dicens
Gratias agamus domino deo noſtro · ꝛ ipi
r̄ſpondent · dignum & iuſtum eſt · poſtea ſa
cerdos domino tanꝙ preſenti familiariter
loquens dicit · Vere dignum & iuſtum eſt
equum ꝛc̄ · Et poſtea addit · Qui inuiſibili
potentia tua ſacramentoꝝ mirabiliter ope
raris effectum poſtea ponit duo in quibus
ſignatū eſt baptiſmum · Primum in exordio
mundi naſcentis Secundū in purgationeꝫ
mundi nocentis Primum eſt cū dicit Deus
cuius ſpiritus ferebatur ſup aquas · vt iam
tunc inter ipſa primordia mundi virtutem
ſanctificationis a qua natura conciperet · i ·
ex conceptura ſignificaretur Secundum cū
ſubiungit Deus qui nocentis mundi crimi
na · per aquas abluens regenerationis ſpēꝫ
in ipſa diluuij effuſione ſignaſti · vt vnius
eiuſdemꝗ elemēti miſterio & finis eſſet vitijs
& origo v̄tutibus · reſpice in faciem eccleſie
tue ꝛc̄ · & terminat hanc orationem vt tue
maieſtatꝭ imperio ſumat vnigeīti tui gr̄aꝫ
de ſpirituſancto ¶ Deinde ter tangit aquaꝫ
manu · Primo diuidens aquam in modum
crucis · p quaꝫ vt premiſſum eſt baptiſmus
maxime efficatiam recipit vt aqua ſpiritu:
ſancto fecundetur & ſpiritus immundus ex
pellatur De fecundatione dicit · Qui hanc
aquam regenerandis hominibus p̄parataꝫ
archana ſui lumīs admixtione fecundet ꝛc̄

De expulſione demonis dicit · Procul ergo
iubente te domino oīs ſpiritus immūdus
abſcedat ꝛc̄ · vſꝗ ibi · Nō inficiēdo corrūpat
Secundo aquam manu tangit vt eam per
inuocationem ſancte trinitatis muniat · ne
hoſtis ab illa expulſus redeundi habeat po
teſtatem Vnde tangendo dicit · Sit hec in
nocēs & ſancta creatura libera ab omni im
pugnacōnis incurſu ꝛc̄ · ꝙ ex adiectiuis ibi
poſitis conuincitur · ꝗ fons viuus ad p̄reꝫ
aqua regenerans ad filiū vnda purificans
ad ſpiritumſanctum refertur · Tercio aquā
tangit · cum eam in quatuor proicit partes
vt iam dicetur Trinus igitur aque tactus ·
trinam ſancte trinitatis operacōem figurat
¶ Hac oratione finita · benedicit aquam di
cens Vnde benedico te creaturaꝫ aque · per
deum viuum ꝛc̄ · vbi tantum vtitur verbo
p̄me dicens · Benedico te · qui primo vtebāt
verbo ſecunde · dirigēs ſermonem ad deum
vel tercie loquēs de ipſo · vel de re bn̄dicen
da · vtitur ergo nunc verbo prime perſone ·
vt oñdat ſe hoc facere miniſterio · quod do
minus fecit autoritate · & ſicut in baptiſmo
domini affuit trinitas · ita & in noſtro bap
tiſmo eadem adeſſe oſtendit patrem adeſſe
oſtendit cum dicit · Benedico te creaturam
per dominum ꝛc̄ · & filium cum dicit · Bene:
dico te per hieſum xp̄m & per ſpiritumſcēm
ſcꝫ circa finem cum dicit · Deſcendat in hanc
plenitudinem fontis virtus ſpirituſſancti ·
Sed nota ꝙ in benedictione que eſt p patrē
ponūtur quinꝗ miracula in aqua facta añ
aduentum xp̄i · & in benedictione que fit p
filium alia quinꝗ miracula in aq̄ facta poſt
aduentum · que licet non omnino eodem or
dine facta ſint quo ponuntur · tamē quantū
ad miſterium rationabiliter ordinantur · &
poſteriora congrue prioribus coaptantur ·
priore hoc ordine ponuntur · Primo qui te
ſeparauit verbo ab arida · Secundo cuius
ſpirituſſanctus ferebatur ſuper te Tercio q̄
te de paradiſo manare p̄cepit · Quarto qui
te in deſerto amaram ſuauitatē indita fecit
eſſe potabileꝫ · Quinto ꝗ ſicienti populo de
petra ꝓduxit Poſteriora ſic ponunt̄ Primo
qui te in chana galilee mutauit de aqua in
vinum Scd̄o qui pedib⁹ ſup te ambulauit
Tercio q̄ in te a ioh̄e baptizat⁹ eſt Quarto

q̄ te vna cum ſanguine ð latere ſuo ꝓduxit
Quinto q̄ in te omnes gentes a diſcipulis
baptizare precepit. ¶ In omnibꝰ enim his
baptiſmus exprimitur. et posteriora priori
bus ꝑ anthypoſaſim reſpondent. ibi nanqꝫ in
ꝑmo miraculo. aquam ſcꝫ baptiſmi. verbo
ſeparato ab arida. accedente verbo terreni
tatem peccatorum a nobis ſeparat. et hec in
ꝑmo. ſimiliter in baptiſmo aqua mutat̄ in
vinum. quia triſticia peccatoꝝ expulſa mēs
noſtra quadam ſpūali leticia inebriatur. que
per vinum intelligitur. vnð vinū letificat
cor hominis. Aquam in vinū mutari eſt ti
morem de peccatis conuerti in exultatiōem
mentis. ¶ Item ibi dicitur in ſecundo mira
culo. Cuius ſpiritusſanctus ferebatur ſuper
aquas. et hic ſimiliter in ſecundo dicit̄. Qui
pedibus ſuper te ambulauit. et hec duo bñ
conueniunt. quia in baptiſmo ſicut in aliis ī
diuiſibilis eſt operatio prīs et filij et ſpūs
ſancti. et vtrobiqꝫ dicitur ſup. quia grā que
confertur de ſupnis eſt. et vt notetur ꝙ do
minus potentiam ſuam non alligauit. Itē
ibi dicitur in tercio. qui te de padiſo etc. hic
qui in te a iohanne baptizatus eſt. quia gratia
de padiſo manans aquis in baptiſmo eſt in
fuſa vnde de baptiſmi grā eccleſia ꝑ flumen
in quatuor ptes orbis dilatata eſt. quod quō
ammodo factum ē. qñ dominus baptizatꝰ ē
a iohanne. quia tunc omnes aque vim re
gñatiuam ſuſceperunt. Rurſus ibi dicitur ī
quarto Qui te in deſerto amarā ſuauitate in
dita fecit potabilem hic dicitur q̄ te vna cū
ſanguine de latere ſuo ꝓduxit. quia in gentili
tate que prius erat a domino deſerta. aqua
baptiſmi reficiendi mentes. et ſanandi habꝫ
effectum. Dulcorata aūt fuit aqua. quia per
paſſionem crucis maxime baptiſmus plenā
recepit efficatiam. Vnde in cruce de latē do
mini aqua ꝓfluxit. ¶ Item etiā ibi ī q̄nto
dicitur. Et ſicienti populo. de petra ꝓduxit.
Hic vero dicitur. qui in te omnes gentes ꝑ
diſcipulos baptizare p̄cepit. quia baptiſmꝰ.
petra xp̄o originem habens. populum eum
deſiderantem reficit. Non em̄ ꝓdeſt baptiſ
mus. niſi ſicienti eum. i. deſideranti. vel in
ſe vel in alio. Vnde diſcipulis p̄ceptum eſt.
vt baptizarent omnes gentes. in noīe prīs
et filij. et ſpūſſancti. ſicut in vltimo. Math.
dicitur. ¶ Hic eſt notandum ꝙ vbi dicitur
Qui te de paradiſo manare. et in q̄tuor flu
minibus exire. et totam terram rigar̄ p̄cepit
ibi ſacerdos aquam manu in quatuor ptes
effundit. vt oſtendatur ꝙ gratia baptiſmi.
in quatuor ptes orbis ſit dilatata. Ceterum
ſacerdos ip̄e ſepe mutat vocem. In primis
enim orat deum. vt dignetur mūdare men
tē eius ad ſuſcipiendum ſpm̄ſanctum et de
precatur eius aduentū. et ideo voce humi
li. ſcilꝫ in modū orōnis legit. que vocis hu
miliatio eſt ad ſpūſſancti aduentum. et ad
eius dignam receptionem mentis ꝑparatio
poſtea vero indicans ſe illum habere legit.
in modum p̄fationis agens gratias. quia tam
magnus hoſpes dignatus eſt ad tā humile
hoſpitium deſcendere. et recolens miracula
iam per aquam facta. deinde poſt bñdictio
nem. que fit per filium que terminatur. In
noīe patris et filij et ſpūſſancti mutat vocē
iterato. Cum enim vſqꝫ tunc in modum pre
fationis cantauerit. poſtea legit in modum
lectionis. voce ſcꝫ humiliori. que vocis hu
miliatio eſt ſignum humilitatis humilitas
em̄ noſtra per baptiſmi regñationem ad al
ta polorum redditur. Dicit ergo ſacerdos.
hec nobis p̄cepta ſuantibus etc. q̄ſi diceret.
non auderem tantam et tantam rem. ſcilicꝫ
ſpm̄ſanctum. vt in creaturam aque deſcen
dat inuocar̄. niſi quia tu p̄cepiſti nobis bap
tiſma exercere. Et addit ſacerdos. Tu deus
omnipotens clemens adeſto tu benignus.
aſpira vbi illud orat. Vt ſicut in predictis
miraculoſe in aqua operatus eſt. ita modo
faciat. viꝫ vt preter natalem emundatiōem
quam poſſunt aque adhibere corporibus. ſūt
etiam purificandis mentibꝰ efficaces. poſt
hoc alta voce clamat ſacerdos. Deſcendat
in hanc plenitudīē fontis v̓tus ſpūſſancti
Ideo alta voce vt altum mentis deſideriū
deſignet. et tunc deponit̄ cereus in aquam.
que cerei immerſio eſt ſpūſſancti aduentus
ſeu miſſio. q̄ in aqua baptiſmi in ſpē colūbe
deſcendit. ¶ Scðo ideo cereus in aquam
deponit̄. qm̄ corpus xp̄i ꝑ cerā ſignificatū
in baptiſmo aquas ſanctificauit. et vim r̄ge
neratiuā illis otulit. ¶ Tercio baptiſmus
cerei remiſſiōem peccatoꝝ ſignificat quā ꝑ
xp̄i mortem conſecuti ſumus. Hunc quoqꝫ

neophiti' ceteros ſuos extinctos· qui etſi plu
res ſint pro vno reputantur· Et in quibuſ
dam eccleſijs· ſtatim cum cathecumini bap
tizati ſunt illuminantur· In quibuſdaꝫ vō
differtur eorum illuminatio vſqꝫ ad agnus
dei· quod cantatur in letania· & in quibuſ=
dam etiam vſqꝫ ad miſſam· quando videlicꝫ
alij cerei eccleſie illuminant· Sane cerei qui
ſtatim poſt baptiſmū accenduntur· ſignifi=
cant· ꝙ per turbationem peccatorum com
mitatur illuminatio graciaꝝ· qui differunt
vſqꝫ agnus dei ſignificat· ꝙ per agnum qui
tollit peccata & tenebras mundi renati· &
fideles illuminantur· Qui vero differt vſqꝫ
ad miſſam ideo fatiunt· ꝗ miſſa illa ad noc=
tem ptinet reſurrectiōis dominice· vt ſicut
nox illa irradiata fuit ſplendore dn̄ice reſur
rectionis· ita & a lumine noſtro irradiet· &
vt neophitos noſtros xp̄o conſurrexiſſe ſig=
nificemus· Et ꝓpter eandem cauſam alij ce
rei eccleſie ad miſſam illuminantur· ⁊ ſcōm
hoc cerei cathecuminorū ſunt ſine lumine·
vſqꝫ dum alij cerei eccleſie illuminentur· ad
notandum· ꝙ poſtqꝫ ſpūſſanctus purgaue
rit corda eorum· ⁊ eos introduxerit in ſocie
tatem & vnitatem eccleſie· tūc illuminabit
corda eorum· ¶ De cereis etiam neophitoꝝ
dicetur in titulo· de· vij· diebus poſt paſcha
¶ Poſt immerſionem cerei· in quibuſdaꝫ ec
cleſijs ſacerdos inſufflat in aquaꝫ dicit· que
totam huius aque ſubſtantiam regenerādi
fecundet effectu· Primo vt ſicut ī exorciſmo
cathecumini ſpiritus immūdus inſufflatur
vt ab homine recedat· vt infra dicetur· ita
⁊ in exorciſmo aque vt ab ea expellat· ⁊ ad
impleatur· quod dn̄s inquit Nunc pn̄cipes
huius mūdi eicientur foras· Scd̄o vt intel
ligat ſathanas quantus hēatur· ꝙ tā leuit
videlicet p ſuauē exſufflationem pt expelli
Tercō vt ſacerdos oñdat quali ignominia
dyabolus dignus ſit ab aq̄s expelli· Inſuf=
flat aūt ſacerdos ter· quia ſpūſſanctus tria
in baptiſmo opatur· a vicijs purgat· v̄tu
tib9 ornat· & tandem p̄mio eterno coronat
eos· in quibus ſit hec inſufflatio vt dicetur·
vbi de immundi ſpiritus expulſione agetur
poſt exſufflationem munitur aqua iterato
crucis ſignaculo per inuocationem ſancte
trinitatis· ne habeat ptatem dyabolus ad

eam amplius redeundi· Poſtremo ſit admix
tio criſmatis in aqua ſicut dictum eſt· vnde
dicit in burcardo libro tercio Benedicimus
fontes baptiſmatis oleo vnctiōis· Et aug9
eiſdem verbis vtens ſubicit· ꝙ hoc magis
tacite ſine ſiue ſcripta ac miſtica rōe īttoduc
tum eſt quam per aliquam ſcripturam· Per
hui9modi ergo admixtionem vnio xp̄i & ec
cleſie ſignificatur· Naꝫ criſma eſt xp̄s aqua
populus & dicit· Sanctificetur fons iſte Ex
quibus verbis ad quod ſiat admixtio ſatis
datur intelligi Et nota quatuor eſſe genera
ſacre aque benedicte· ꝓut in quarta pte dic
tum eſt· vbi agit de aque bn̄dicte aſpſione·

QVinto loco eſt de baptiſmo dicē
dum· De ſcrutinijs vero que pre
cedunt baptiſmū ſolennem· ⁊ ō
multis ad baptiſmū ptinentibus· dictum ē
ſub quarta feria quarte ebdomade q̄drage
ſime· ¶ Primo notandum eſt· ꝙ baptiſm9
grece interpretatur vnctio latine· vel lotio
baptiſmus quidem per aquam confertur vt
res inuiſibilis per illud viſibile elementum
conferatur· ſuper q̄ ſpūſſanctus in pn̄cipio
ferebatur· Sicut enim aqua corpus viſibi
liter purgat exterius· ita baptiſmus latenē
animam· Vnde aug9· Aqua corpus tangit
& mentem abluit· Et ē notandum ꝙ paga
ni ſiue gentiles circa fontes templa ſua fa
cere ſolebant· vel ſaltem ibi ſemper aquam
habebant· Per cuius aſpſionem purificari
credebant· & inde delubra vocabantur· q̄ſi
purificantia· & ita quodammodo figuralit
ad baptiſmum tenebant· Nos vero ab eoꝝ
cōſuetudine baptiſma non ſumpſim9· p̄mo
a tribus que in veteri teſtamento fuerant·
ſcilicet a cathacliſmo id ē diluuio & a mari
rubro· & a iordane que baptiſmi figura fue=
runt· ¶ Baptiſma dominus inſtituit· cum
de latere ſuo ſanguinem & aquam ꝓduxit·
quem poſtea quaſi lege edictali ſanxiuit di=
cens· Niſi q̄s renatus fuerit ex aqua & ſpū
ſancto· non intrabit in regnum celorum· &
ip̄e dominus baptizatus eſt in ſua paſſione
Vnde inquit baptiſmo habeo baptizari· q̄
coartor vſqꝫ dum perficiatur· ¶ Fieri debet
baptiſmus ī aqua· quia illa copioſius inue
nitur· & hanc ſpūs ī principio ſeruiſſe legi

& quia ſordes abluit· ſitim comprimit· ꝑ̃ma
ginem reddit· ſicͭ cantatur de narciſſo· ignē
extinguit· ſic in baptiſmo a peccatorū ſorde
lauamur· a fonte vite potamur· ꝑ̃maginem
perditam reſtauramus· vnde ignis penarū
extinguitur. Debet autem aqua eſſe viua·
& pura· poſſet tamen etiam fieri in reſoluta
ſiue a niue· ſiue a glacie· ſiue a lacrimis ẗre·
ſiue etiam ex inſtitutione victoris pape id ē
in mari· ſiue in flumine· ſiue in lacu· ſiue in
fontibus· Non autem licet baptizari in aq̄
condita· vt in ceruiſia vel medone nͨ etiam
in aliquo liquore· vt in vino vel oleo· Sed
ſi ali⁹ liquor aque admiſceatur bene fit bap
tiſmus· dum tamen aqua preualeat quotti
die enim mari nouus liquor vel ſputum vel
vrina additur· & tamē ibi baptizatur· aliq̄
tamen contradicunt· ℂ Porro tamen ſcōm
canonicam traditionem ſolenne baptiſma ī
duobus dumtaxat ſabbatis celebratur · viz
in iſto & pentħ· quare in iſto premiſſum eſt
In ſcōo q̄a ſpūſſanctus in die pentħ· dona
tur nobis ꝑ quē facta eſt repromiſſio pec
catorum· vt dicetur ibi· Alio vero tempore
non licet baptizare· niſi neceſſitatis cauſa q̄
eſt quadruplex ℂ Prima eſt cauſa municōis
vt ſi rex obſidet aliquam ciuitatem· vel opi
dum· tunc enim pueri illius loci baptizari·
debent ne inbaptizati decedant· Secunda ē
gentilium perſecutio· Tercia naufragium
Quarta egritudo· Poteſt tamen egritudo
hic large accipi pro infirmitate nature· que
facile diſſolui pt· ita ꝙ neſcimus diem neq̄
horam· & ob hanc cauſā ſingulis diebus &
horis fit baptiſmus non ſolennis ℂ Solen
nitas tamen baptiſmi ſaltem in paucis· ad
ꝑ̃miſſos duos dies· ꝓpter ſimilitudinem· &
memoriam reſeruatur· Greci vero baptiſmū
celebrare ſolent in epħia· ꝓ eo ꝙ tunc fuit
dominus baptizatus· ꝓut ſub feſto dictum
eſt· Celebrari etiam debet baptiſmus ſolen
nis hora nona· vt dicetur ſub ſabbato pen-
the· ℂ Sciendum autem eſt ꝙ baptizādus
cum primo ad eccleſiā venit priuſq̄ immer
gatur interrogatur vtrum abrenūciet dy̆a
bolo &c· quod potius vſu quam ꝑ aliquā
ſcripturam introductum eſt ſcḋm auguſti· &
eccleſia reſpondet abrenūciatio· Et iterum
vtrum credat in patrem & filium & ſpiritū

ſanctū· & ipa reſpondet· Credo· In his aūt
duobus de fide & vita inſtruitur· De vita
cum docetur abrenūciare dy̆abolo· & oībus
pompis ſiue operibus eius De fide cum do
cetur credere in trinitatē· & ꝓpter hoc due
fiunt ei conſequēter vnctiones· ſcilicet in ſca-
pulis· & in pectore· Ideo aūt fit huius inter
rogatio & rñſio· vt vacua domus a priſco
habitatore deſerta fide ornetur· & dei habi
tatio ꝑparetur· Aug⁹ dicit· ꝙ etiā fiant hec
iuxta ſaluatoris imperium· qui ad patrem
in celum aſcenſurus diſcipulis ſuis· i· aplis
dixit· Euntes docete omnes gentes bapti-
zantes eos· In noīe patris· & filij· & ſpirit⁹
ſancti· Interrogatur etiam· ſi credat in ſanc
tam eccleſiam· remiſſionem peccatorum· &
carnis reſurrectionē· Non tñ ſcḋm ipm aug⁹
eodem modo interrogatus vt quomodo in
deum credimus· ſic & in ſanctam eccleſiam·
& catholicam credamus· ſꝫ ꝓpterea ſancta &
catholica eſt· quia recte creditur in deū· nō
ergo diximus vt in eccleſiam· quaſi in deū·
crederetis· ſꝫ vt in eccleſia ſancta & catholi-
ca conuiuantes in deum· crederetis etiā rſur
rectōē carnis q̄ futura eſt Innuit ergo aug⁹ in
ꝑ̃miſſis verbis· ꝙ ꝑpoſitio in repetitur· dū
dicitur in ſanctam eccleſiam· & ſenſus mu
tatur· de quo dictum eſt· ſub quarta pte ſub
ti· de ſymbolo· Planior tamen intellectus ē·
vt ꝑpoſitio ipa ꝑ̃mittatur· nec repetatur· vt
ſit ſenſus· Credo eccleſiam ſanctam catholi
cam· i· fidem catholicam tenentē eſſe ſanctā
· i· iuſtam & bonam· uel eccleſiam ſanctam· i·
ſanctificatam & firmatam· & ſemꝑ pſeuera-
turam· ita ꝙ nunq̄ deficiet· Vel credo ſanc
tam & catholicam eccleſiam eſſe vnam· & ī
vnitate conſiſtere· Patrinus aūt ꝓ baptizā
do interrogatur· vt iam dicetur· ℂ Poſt in
terrogationem & rñſionem ſacerdos ter ī fa
ciem baptizandi exufflat · ad notandum ꝙ
ſeua poteſtas· i· malign⁹ ſpūs ab eo exuffla
tur· i· exufflando expellitur· ſeu in proximo
expellenda ſignificatur· vt per piū ſacerdo
tis miſterium ſpūiſancto cedat· fugiēs ſpūs
malignus · Hinc etiam ait aug⁹· qͦ pueri
exufflantur· & exorcizantur· i· increpantur ·
ſeu adiurantur· vt expellat ab eis dyaboli
poteſtas inimica· que decepit hominem· vt
poſſideat homines· Hec aūt exufflatio ſiue

exorcizatio etſi nõ proſit aliquid ad vitã ꝗ
adhuc in eis mors manet · ꝓdeſt tamen vt
inimicos minus ei nocere poſſit· Adeſt eñ
ſpũſſanctus non ſolum verbis que dicũtur
in noĩe ſuo· verum etiam ſignificationibus
que fiunt in honore ſuo· Et eſt notandũ ꝙ
exorciſmus grece· latine dicitur adiuratio ·
vt eſt illud· Exi ab eo immũde ſpũs· Cathe
cizmus aũt ⁊ exorciſmus neophitorum ſunt
ꝑcedunt enim baptiſmũ ⁊ magis debẽt dici
ſacramentalia ꝗ̃ ſacramenta· i· ad ſacramen
tum baptiſmi pertinentia· vel ꝑludia noui
baptiſmi· ſine eis tam̃ poteſt eſſe baptiſm9·
Cathecizmus vͦo grece· latine dicit̃ inſtruc
tio· inde cathecizare· i· inſtruere in ſymbolo
⁊ fidei rudimentis· Inde etiam dicit̃ cathe
cuminus grece· quod eſt latine audiens vel
inſtructus· quia adhuc doctrinã fidei audit
nondum tamen imbaptizatus eſt licet ſit in
fide inſtructus· Qui ⁊ competens vocatur
quia poſt fidei inſtructionem· ⁊ poſt accep
tam pñiam competit gracie xp̄i recipiende·
Neophitus vero grece· latine nouellus· ⁊
rudis· vel nuꝑ renatus interꝑ̃tatur ¶ Hoc
quoq; ſciendum eſt ꝙ ſicut dona ſeptem ſpi
rituſſancti· ita etiam ſunt ſeptem dona bap
tiſmi· Primũ eſt ſalis collatio· Datur enim
ſm rabanum· ⁊ bedam ſal benedictum ĩ os
baptizandi· vt per ſal tipicum· i· figuratiuũ
ſapientie ſale conditus iniquitatis fetore ca
reat· i· carere ſignificetur· ne a vermib9 pec-
catoꝝ vltra putrefiat· ſʒ magis illeſus ſuet·
ad maiorem gratiam ꝑcipiendaʒ· Sal quoq;
ſignificat ꝑma fidei documenta· ſine quorũ
condimento inſulſus eſt omnis homo· De
quo ⁊ de ſale dictum eſt in prima ꝑte ſub ti
tulo de conſecratione altaris ⁊ eccleſie· Se
cundũ eſt aurium ⁊ nariũ cũ ſputo linitio
qͦd fit primo exemplo xp̄i· qui lutum cũ ſpu-
to faciens mutum ⁊ ſurdum ſanauit ⁊ ocu
los nati ceci liniuit ⁊ expuens liguam eius
tetigit ⁊ digitos in eius auribus imponẽs
dixit· effeta quod eſt apire· ¶ Scdã ſm Ra
banum hoc ſacramentũ ideo agitur · vt per
ſaliuam typicam · i· figuratiuã ſapientie dei
⁊ per ſacerdotis tactum · ſapientia ⁊ vͦtus
diuina· ſalutem eiuſdem cathecumini opet̃
vt aperiantur ei nares ad capiendũ odoreʒ
noticie dei· vt apiantur ei aures ad audien

dum· mandata dei· vt apiantur illi ſenſus
in intimo corde ad reſpondendũ ſacerdoti ·
de articulis fidei interroganti· Digiti ergo
qui ĩ aures mittuntur ſunt vͦba ſiue dona·
ſpũſſancti ¶ Tercio per hoc quod aures ſa-
liua tanguntur· ſignificatur ⁊ petit̃ ꝙ doc
trina que de ore altiſſimi fluxit ꝑ aures ei9
intret· eiq; ſuaue redoleat· ſaliua nempe xp̄i
· i· dulcedo verborum ex ore eius defluentiũ
⁊ ipa criſti diuinitas nos ſanat· ¶ Quarto
etiam nares tanguntur· vt diuinã ſuſcipiãt
vͦtutem· per quam bonum a malo diſcernãt
odorem ⁊ ſanam doctrinam ſepare valeant
a fetore heretice prauitatis· Vnde in eccleſi
aſtico dicit̃· Naſus tuus ſicut turris libani·
que reſpicit contra damaſcum· ¶ · Quinto
ad notãdum ꝙ ꝗ̃diu ſpiritũ narib9 trahat
in fide ꝑcepta manẽ debet· ⁊ aures vt ver
bis euangelicis pateant· ⁊ varias ⁊ inuti-
les fabulas a ſe repellant· ¶ Sexto ſm am
broſium· ꝓpter gloriam ſiue dignitateʒ mu
neris ⁊ opis· non tangitur os cum ſaliua·
ſʒ nares· vt bonum odorem accipiant pieta
tis eterne· ¶ Terciũ ⁊ quartũ eſt in pectoẽ
⁊ inter ſcepulas cum oleo facta ſignatio· d̃
quibus dictum eſt in prima ꝑte ſub titulo d̃
conſecrationibus· ¶ Quintũ eſt baptiſmi
ablutio· Circa quod notandum eſt ꝙ trina
fit immerſio ſeu lotio ĩ baptiſmo · in nomĩe
trinitatis· ſcʒ in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpirit9
ſancti· quia etiam in fide trinitatis fit bap-
tiſmus· in qua trina immerſione· triduana
domini ſepultura ſignificatur· Fuit in trib9
diebus ⁊ tribus noctibus in corde terre
¶ Trina quoq; fit immerſio· ꝗ ĩ baptiſmo
a triplici peccato· ſcʒ cogitationis· locucõis
⁊ opationis mũdamur· Et a triplici tranſ
greſſione legis· ſcʒ legis Nature· legis mo-
ſaice· ⁊ legis euangelice · Non igitur debet
quis tantum ſemel immergi ꝓ eo ꝙ criſtus
ſemel mortuus eſt· debet tamen ſemel bapti
zari tm̃· quia tantum ſemel xp̄us mortuus
eſt ⁊ ſepultus· ⁊ reſurrexit· que tria in bap-
tiſmo ſignificantur· Et licet trina fit imme
ſio· tamen vnũ eſt baptiſma· Item ꝗ tantũ
vna eſt fides· idcirco vnũ debet eſſe ſacram̃
tum eius iuxta illud· vna fides· vnũ baptiſ
ma· Immerſio etiam fit in modum crucis ꝗ
qui baptizantur· modo crucifigitur ⁊ cruci

criſti affigit. Trina quoq; ab aqua eductio
triduani temporis exprimit reſurrectionem
Si tamen quis ita eger ſit. vt non poſſit ter
ſine leſione immergi. ſufficit illum aqua aſ
pergi. vt probatur multipliciter in canone
cypriani. Licet quidem illud intelligant de
aque benedicte aſpſione. ſed etſi magna cor
poris pars pter caput infunditur. vel ſaltē
caput baptizatus. quis reputatur. et nō ali
ter. licet quidam etiam ſi ſuper pedem aqua
ceciderit reputent baptizatum. ¶. Pueris
baptizatis nomen interponit in baptiſmo.
quod inde eſt. q baptiſmus eſt vicarius cir
cūciſionis. in qua noīa pueris imponūt he
brei eo q tempe circūciſionis abrae nomen
fuerit immutatum. cū enim pus dicebatur
abram. poſtea vocatus fuit abraam. Sed
ſi baptizato obliuione nomen non imponit
vel forte errore maſculo nomen femine. vel
econūſo imponitur. tenet qdem baptiſmus
nec iterabit. et nomen in ɔfirmatione fron
tis denuo imponet. ¶ Sextum eſt in vtice
.i. i ſūmitate capiti ſup cerebrum cū criſma
te facta pmixtio. de quo in prima pte ſub ti
tulo de ɔſecrationibus dictum eſt. Septimū
eſt in fronte criſmatio de qua infra dicetur.
¶ Datur aūt in quibuſdā locis baptizatis
candida veſtis in ſignū ſacerdotij. et qdam
rotunda mitra in ſignū corone regni vite.
quia ipſe eſt membrū xpi. qui eſt rex et ſacer
dos. Omnes enim vere xpiani reges et ſa
cerdotes dicunt. Vnde petrus apoſtolus ait.
vos eſtis genus electum. regale ſacerdotiū
Reges quia ſeipſos et alios regunt. Sacer
dotes quia ſeipſos domino offerunt. iuxta
illud apoſtoli. Obſecro vos p miſericordiaz
dei. vt exhibeatis corpa veſtra etc. Secūdo
criſmale ſeu veſtis candida. que ſup caput
baptizati imponit. ſignificat ſm. Rabanū
interioris et exterioris hominis caſtitatem
et innocentiam. et puritatem xpianam quā
poſt ablutas veteres maſculas ſtudioſe ſua
re debet. Iuxta illud. Omni tempe veſtimē
ta tua ſint candida. ¶. Tercio renati albis
induūtur veſtibus ad deſignandū miſteriū
eccleſie reſurgentis. Deſignat enim per hoc
corpoꝝ et animaꝝ futura reſurrectio glioſa
et etiam reſurrectiōem a peccatis. atq; ange
licus nitor. Recte igit baptizati albis vtun

tur veſtibus. vt quoꝝ prime natiuitatis facieꝫ
vetuſti erroris pannus fuſcauit habitus.
Secundo regnationis pferet glorie indumē
tum. Vnde veſtis ipſa duplex eſt. q in modū
cappe manicate. quia ſancti duplicia. ſcilicet
btitudinem. et gloriā poſſidebunt. Ipſe aūt
veſtes ſunt ſtole albe de quibus dicitur. Et
date ſūt illis ſingule ſtole. Stole enim bap-
tiſmi. palme vo triumphū inſinuāt. Quar
to hec alba veſtis corpus. ipſe vero ablatus
aīaꝫ ſignificat. In puintia narboñ. hec alba
veſtis linea in ſui ſūmitate cum filo rubeo.
ſupſuitur. aut alia varietate inſignit quan
dam quodāmodo ptendens coronam. Nem
pe alba veſtis innocentie ſtolaꝫ. que nobis
in baptiſmo redditur. ſignificat rubea fim-
bria que ſupſuitur xpi paſſionem. per quā
baptiſmi ſacramtum implet deſignat. Co-
ronam ptendit. in ſignū corone regni. vt p
miſſū eſt. ¶ Rurſus ideo criſmale candidū
filo rubeo inſignitum. baptizatis datur. vt
ſint ſoliciti ſuare candorem vtutum quā i
baptiſmo per paſſionem dñi rubricatū rece
perunt iuxta illud. Quare rubrum ē veſti
mentum tuū. Vnde in Apoc. Beatus q cuſ
todit veſtimta ſua ne nudus ābulet. Sane
albati ſeu neophiti huius albam veſtem p
ſeptem dies portant. q hoc tempe qd ſepteꝫ
diebus agitur innocentiā. per bona opera
exercere optet. iuxta illud quod ait ſalomō
Omni tempe veſtimenta tua candida ſint.
et oleum de capite tuo non deficiat. In octa
ua vero die illā deponūt. quia in etate quā
dies octaua ſignificat. ab omni ope vite pre
ſentis ceſſabimus. Tunc enim adueniente
veritate. omnis figura ceſſabit. qui p cādi
dam veſtem innuit. nam tunc erimus vtroq;
homine. i. anima corpe glorioſi. ¶. Rurſus
hec veſtis candida. corpus ſignificat. q omī
tempe vite noſtre. quod p ſeptenarium agit
mūdum ſuare conuenit. In fine vero vite
noſtre illud deponimus. Aliud glorioſum
reſumpturi. quod erit in octaua etate. meri
to ergo illam ſeptem diebus ſuamus. et in
octaua deponimus. Vnde ſalomon. da ptem
ſeptenam et octauam. Seruatur quoq; hec
alba veſtis. de ſabbato in ſabbatum. qm in
ſabbato ſancto vel penth. baptizati ſunt ad
notandum. q ſi mūditiam corpis ſuauerimus

de ſabbato pectoris tñſituri ſum⁊ depoſitis
corpibus ad ſabbatum eternitatis. Et exui
tur in alio ſabbato. ad nõndum. ꝙ aĩa illi⁊
de corpore exiens. ſabbatum .i. requiez inue
niet. ſi eius veſtis fuerit alba ¶ Pari quoq;
rõne confirmati ſiue in fronte criſmati vſq;
ad ſeptimã diem lauari non debent Cũ em̃
eccleſia tanto tempe celebret aduentũ ſpũs
ſancti ſuper apl'os. merito vnuſquiſq;. ſpm̃
ſanctum accipiens. tanto tempe celebrare
debet. illius aduentum in ſe ſingulos dies.
ꝓ ſingulis donis celebrando ¶ Nec autem
veſtis vni impoſita. alteri poteſt imponi. ſi
neceſſe fuerit. ꝓut iam de panno quo caput
confirmati alligatur. dicet̃ q̃uis melius ſit
nouam habere. In quibuſdam etiam locis
baptizatis dant̃ calceamenta que ſunt dñice
mortis inſignia. vt exemplo eius qui ꝓ no
bis paſſus ⁊ mortuus eſt. carnem ſuam vi
cijs ⁊ concupiſcentijs mortificet baptizat⁊
¶ Datur quoq; candela illuminata ĩ manu
baptizati. vt cum dñs ad nuptias venerit.
ſit ſemper paratus ei in aula celeſti occurrẽ.
cum luminarijs v̊tutum ⁊ bonoꝝ operum
De cereis etiam neophitoꝝ ſupra dictum eſt
Sane legitur in canone gregorij. ꝙ iudeis
baptizandis quadraginta dierũ abſtinẽtia
indicẽda ẽ. etſi poſtq̃ baptizati ſunt apoſto
tauerint. cogendi ſunt fidem ſuare. ⁊ filij.
quos circũciderñt ab eoꝝ conſortio ſepentur
Serui vero eorum circũciſi. ab eis ꝓ iniu:
ria corpis ſui libertati tradant̃. Et in ↄcilio
agathenẽ. ſtatutum eſt ꝙ iudei baptizãdi
qui defacile ad vomitum redeunt. nouem
mẽſes ſint peius inter cathecuminos. Eger
quoq; ſicut ait cyprianus baptizari poteſt.
mortuus vero non. nec eucariſtia ſibi dari.
ſicut legitur in burgkardo libro. iiij. capit.
cauendum eſt ⁊ in libro. v. c. idem placuit.
ſed ſicut in eodem libro. iiij. c. ſubito legitur
ſubito obmuteſcens. ſic ſi tamen volũtatis
p̃terite teſtimoniũ verbis habet. aut pñtis
in ſuo nutu. ¶ Pregnans v̊o mulier ſi bap:
tizetur. non intelligitur ſm yſidorũ partus
baptizatus in ventre. ꝗ qui adhuc natus
ſm adam non eſt. ſm xp̃m regñari non pt̃.
nᶜ dici regñatio in eo poteſt in quo gñatio
non p̃ceſſit. baptizandus ergo eſt qui ex bap
tizato naſcitur. ¶ Tenendum quoq; eſt ꝙ

diſcipuli ⁊ apoſtoli baptizati fuerint q̇ etiã
alios baptizabant. ꝓut dicetur ſub pentẞ.
quod de iohanne ſpeãliter Iero. atteſtatur
Et aug⁊. de paulo ¶ Item ſtatutũ eſt ĩ con
cilio carthagiñ. ꝙ mulier q̃uis docta bap
tizare non p̃ſummat. niſi neceſſitate vrgẽte
¶ Rurſus in concilio lugdñ. ſtatutum eſt.
qui p̃terq̃m in mortis neceſſitate cum veteri
criſmate baptizauerit deponat̃ ¶ In ↄſilio
p̃lerdeñ. ſtatutum eſt. vt omnis p̃ſbiter qui
fontem lapideũ habere non poteſt vas con
ueniens ad hoc ſolum h̃eat quod ex̃ ec̃iam
non deportetur Debet igitur fons eſſe lapi
deus. nam ⁊ de ſilice aqua in baptiſmi p̃ſi
gium emanauit. Sed ⁊ xp̃s qui eſt fons vi
uus ẽ lapis angularis ⁊ petra. Hoc quoq;
notandũ eſt. ꝙ p circũciſionem delebatur.
olim originale. ⁊ nunc p baptiſmũ. ꝓut ſb
titulo de circũciſione dictum eſt. Ideo autẽ
originale peccatum omĩbus nocet. quia qñ
adam peccauit. nõdum aliquis ex eo fuerat
materialit̃ ꝓſeminatus. ipm autẽ originale
peccatum in ip̃a anime infuſione ↄtrahit.
quia tũc pñcipales vires anime debilitant̃
Sed cum originale pc̃m ↄtrahatur ſolum
ex carnis corruptione quaĩ imputat̃ anime
Rñdeo quia cum aĩa ↄdelectatur carni. vel
melius. vt ibidem q̃dam digna tributio no
tetur. Anima em̃ primi homĩs ṗus peccan
do carnem ip̃am corrupit. Vnõ mõ corrup
tio carnis aĩas corrũpit. ¶. Circa baptiſmi
formam nõndum eſt. ꝙ ſicut ait alexander
p̃p̃a. iij. Siquis puerum ter in aqua immer:
ſerit. In nomine patris. ⁊ filij. ⁊ ſpũſſancti
amen. Et non dixerit. Ego baptizo te in no
mine patris. ⁊ filij. ⁊ ſpũſſancti. non ẽ pue
baptizatus. Sed etſi immerſerit ter puerum
nihil dicens. baptizatus non eſt. ¶ Verum
tempe apoſtoloꝝ baptizando. nil aliud dic
batur. niſi baptizo te in nomine trinitatis.
⁊ ita explicite dicebant. vel etiam implicite
vtpote. In nomine domini noſtri ihũ criſti
Et baptizabant̃ in ſtagnis ⁊ flumĩbus. Se
beatus clemens ſecundus a beato petro ex
ipſius doctrina. vnctionez olei. ⁊ criſmatis
addidit. Poſtea leo papa damaſus. ⁊ Am:
bro. exorciſmos. ⁊ benedictiones ⁊ ceteras
ſolẽnitates adiecerñt. ¶ Baptiſmi aũt forma
nõ viciat̃. ſi q̇d ĩ ea ſupflue ponit̃ vt ſi dicat̃

Baptizo te in nomine pr̄is & filij & ſpūſſcti
⁊ dp̄aboli· vel arma vtrunqꝫ cano· vel ſiq̄d
ꝑtermittit̄ forme vel ſi dicat̄ a ma vtrunqꝫ
cano· & ego baptizo te ⁊c̄· Si vero aliquid
interponatur· vt ſi dicatur Ego baptizo te
⁊ deus eſt· in nomine pr̄is ⁊ filij ⁊c̄· dicunt
quidaꝫ non eſſe baptizatum· alij v̄o ecōtra
Si auteꝫ verborum ordo forme mutet̄· vt ſi
dicit Baptizo te in nomine filij & patris &
ſpiritusſancti· dicunt non eſſe baptizatum·
quia ordo verborum de forma eſt· Si vero
mora naturalis· ⁊ ꝯpēdioſa interponatur
puta reſpirando tuſſiendo vel ſcreando nō
obeſt ¶ Ceterum forma ipſa pronūctiari pt̄
literaliter vulgariter grece latine & arme-
nice· Idem enim ſunt effectus · licet voces
non ſint eedem ſecundum ariſtotileꝫ· Vnde
grecus huc veniēs ·baptizat in lingua gr̄ca
& econuerſo· q̄a apoſtoli loquebant̄ varijs
linguis ¶ Hinc eſt ꝙ ſi quis dicat· Baptizo
te in nomine genitoris· & nati ſiue geniti·
& ſancti flammis batizatus eſt ·Bene enim
fit baptiſmus ſub nominib9 ſinonimis Sꝫ
ſi dicatur mergo te in nomine pr̄is ⁊c̄· non
eſt baptiſmus· q2 illud verbum mergo non
eſt ſinonimum cum illo verbo baptizo Nō
fit enim baptiſmus ſi dicatur Baptizo te in
nomine trium perſonarum ·vel in nomine
trinitatis· vel in nomine xp̄i· vel ſi baptiza
uerit in tribus principijs· aut in trib9 filijs
aut in tribus paraclitis· vel ſi omittat̄ aliq̄
de tribus perſonis puta ſpiritusſancti ·vel
filij· vel pr̄is Sed etiaꝫ ſi diceretur· in noīe
paternitatis· ⁊ filiationis ⁊c̄· non eſſet bap
tiſmus· Item ſi omitteretur hoc pronomen
ego· dicendo· Baptizo ⁊c̄· tenet quidem· q2
pronomen iſtud ſubintelligitur· vnde non
deeſt· Sed etiaꝫ ſecundum zachariam p̄pam
ſi ſacerdos ſimplicitate ductus nō intendēs
errorem introducere dixerit ·Baptizo te in
nomīe patria· & filia· & ſpiritusſancta· bap
tiſmus non viciatur Si vero dubitatur de
aliquo vtrum ſit baptizatus vel non Sta
tuit Alexād er p̄p · tercius ꝙ baptizetur ſub
hac forma Si es baptizatus non rebaptizo
ſed ſi nondum baptizatus es· Ego baptizo
te in nomine patris· & filij & ſpiritusſancti
amen Adhuc ſi infans non pōt totus naſci
ſed ſolum caput illud baptizetur priuſquaꝫ
moriatur Sꝫ ſi mr̄ in ꝑtu moritur incidat̄ ⁊

infans viu9 de vētere extrahat̄ & baptizet̄·
¶ Circa patrinos q̄ in baptiſmo & ꝯfirma
tione nc̄arij ſunt dicenḋ eſt · ꝙ vbi infans
fari vel credere neſcit· patrinus interrogat̄
& reſpondet pro eo· ⁊ in eius fide ⁊ ꝓfeſſio
ne baptizandus ſaluatur· Quod etiam ſm̄
pſidoꝝ· in egroto muto ⁊ ſurdo baptizādis
ꝯtingit Nam etiaꝫ legim9 cprophoniſſmaꝫ
mulierem veniſſe ad iſm̄ & rogaſſe ꝓ filia
ſpiritum immundum habente · & illam ad
preces matris ſaluatam fuiſſe Aug9· quoqꝫ
aſſerit ꝙ reſpōſio ipſius patrini ad celebri
tatem .i. ſolennitateꝫ ptinet ſacramenti· q̄ſi
diceret non ad neceſſitateꝫ Paruulorum em̄
non fides illa que in credentium voluntate
conſiſtit· ſed fidei ſacramentum fideleꝫ facit
Vnde fidelis vocatur· non rem ipſam mēte
abnuendo .i. profitendo· ſed ipſius rei ſacr̄m
recipiendo· Sicut ergo puuli alieno errore
damnati fuerant· ſic ex aliena ꝓfeſſione ſal
uari poſſe neceſſe eſt · & cum illi ad intelligi
bilem etatem peruenerint ·debent patrini
inſinuare illis ꝓfeſſioneꝫ quā ꝓ eis fecerūt
¶ Porro ſacerdos baptizans· & ep̄us cōfir-
mans· ſe illis obligant· ꝙ de eis curam ſpe-
cialem gerant· quia cum ipſe non omnibus
poteſt curam ſpecialem impendere ·idcirco
patrino ꝯmittit· qui ſe pro illo fideiuſſorem
conſtituit· ꝙ renatum docebit orationeꝫ do
minicā ⁊ ſimbolum fidei· q̄ quilibet xp̄ian9
adultus ſcire tenetur ·vel in lingua latina
vel materna · & ſi patrinus filiorum docere
neglexerit· grauiſſime peccat ¶ Item iuxta
autoritatem leonis p̄pe· vnus tantum debꝫ
eſſe in baptiſmo· & vnus in confirmatione
patrinus· ſiue vir ſiue mulier ⁊ hoc propter
ꝑicula que conſueuerunt contingere in con
iunctionibus matrimonialib9 In q̄b9dam
tamen eccleſijs contraria conſuetudine hoc
derogatum eſſe videtur· & hoc ideo quoniā
ſi veniat in dubium de aliquo vtꝝ ſit bapti
zatus vel non ·quanto plures ſunt patrini
& teſtes baptiſmi· tanto fortius dubium ex
cludet̄· & tanto plures ad inſtruenḋ filiolū
ſe ꝯſtituūt debitores · Item ſcḋm canonem
in cathecíſmo & in baptiſmo & ī ꝯfirmacōe
vnus ⁊ idem patrinus ſufficere poteſt· vbi
nc̄itas cogit alias ſinglos ſinguli ſuſcipiūt
Verum baptizatis ſeu cōfirmatis patrinoꝝ
perfidia· cui non ꝯſentiunt non obeſt ¶ Cū

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

igitur patrinus filiolum inſtruere teneať ⁊
in fide ipſius baptizandus ſaluetur nullus
debet patrinus effici· niſi ſciat dominicam
orationem· & ſymbolum· in q̇bus ipſe teneť
filiolum ſuum inſtruere ·cum ſit fideiuſſor
fidei illius & eum debet cuſtodire ꝓ poſſe
ne a fide ⁊ iuſtitia deuiet caſtitatē cuſtodiat
iuſticiam diligat· & teneat caritatē· vepote
rñſurus in die iudiciȷ de omni exceſſu illius
¶ Sunt autem quatuor genera perſonarū
quas eccleſia non ſuſcipit in p̄rinos Primū
genus eſt monachus· abbas abbatiſſa· mo
niales· & huiꝰmodi ·Secūdum genus ſunt
infideles· Tercium illi qui nondum ſunt cō
firmati ·qui alios nō poſſunt tenere in bap
tiſmo vel ꝯfirmatione Non enim vere dn̄t
vocari fideles· vnde nec veri teſtes eſſe pn̄t
Quartum genus eſt vir & vxor ſimul· niſi
prius ambo votum emiſerint caſtitatis Si
enim ambo eundem puerum de fonte leua
rent ſpirituales patres eiꝰdem fierent· Vn̄
vlterius carnaliter cōmiſceri non deberent
Nec etiam vt aiunt quidā aliquis de ſacro
fonte leuare debet aliquos de ſua ꝯſangui
nitate preſertim filium proprium· vel filiam
vel vxoris· vl' econuerſo· q: caritas dileccōȝ
per baptiſmum propagari debet Baptiſmi
ſolennitate completa igitur ad fontes cum
triplici letania· & inde· quia ante baptiſmū
⁊ poſt letaniā circa baptiſterium peraguntᷣ
pro eo ꝙ in Apoč· legiť· Yris erat in circu
itu ſedis· Yris vt pheba q̄ fit ſole irradiāte
nubes· ⁊ que poſt diluuium fuit ꝓpiciacōis
iudicium ſignificat· interceſſiones ſanctoꝝ·
ſedis eccleſiam ſignificat ·nubes ſunt viri
ſancti ·iuxta illud pſa ·Qui ſunt hi qui vt
nubes volant· qui ante aduētum xp̄i ·& pt
deuotiſſime pro eccleſia orauerunt & oranť
Fit aūt hec letania circa fontes vſq; ad ſcē
Johannes baptiſta· ora ꝓ nobis· eo ꝙ ipſe
p̄mus inuenit vel docuit baptiſma Deinde
ſimiliter cum trina letania ·reditur vſq; ad
omnes ſancti orate ꝓ nobis· ad oñdendum
ꝙ ipſi orant pro filio baptizato· q̇ mortuus
fuerat & reuixit· perierat & inuentus eſt vt
in vera fide trinitatis participet ſacramēto
baptiſmi ·vel vt deum quem confeſſus eſt
diligat toto corde· tota mēte· ⁊ totis viribꝰ
¶ Sane aguntur in q̇buſdam ecc̄ijs ſeptene
letanie ante baptiſmum ·quia oramꝰ ſctos

intercedere pro nobis· vt ſpirituſſanctus cū
gratia ſeptiformis eſt veniat ſuper aquam
baptiſmi· In alijs aguntᷣ quine dum cathe
cumini baptizantur· vt deus cuſtodire dig
netur quinq; ſenſus corporum eorum ·ne p
eos illecebris ſecularibꝰ incitati purificacōȝ
in baptiſmo acceptā āmittant· Trine etiaȝ
quandoq; poſt baptiſmum aguntur· vt cre
dulitatem trinitatis in qua baptizati ſunt·
& quaȝ profeſſi ſunt· toto corde & tota mēte
totiſq; viribus diligant ¶ Quidam etiam
cantant letaniam in eundo ad fontes ꝓpter
ſpem ·& inde redeundo propter rem ·& ad
notandum ꝙ ſancti orant pro baptizandis
vt ſacramentum vera fide percipiant ⁊ pro
baptizatis vt in ſacramento vere fidei per
cepto confirmētur· In fine letanie fiunt iuxᷓ
apoſtolum petitiones ·vt ꝓpicius eſto ·pce
nobis domine & obſecrationes· vt per nati
uitatem tuaȝ libera nos domine & poſtula
tiones· vt peccatores te rogamus audi nos
Quid ſignificet cātus poſt baptiſmū dcēm
eſt ſupra vbi de canticis agitur Ceterum in
q̇buſdam eccleſijs & in lectionibꝰ & letanijs
ſenes precedunt & iuuenes ſubſequntur· vl'
q: ſenex ſeruus ſcȝ eleazar adduxit rebeccam
vt yſaac· iuuenis apprehenderet eam· vel q:
in baptiſmo iuueneſcit eccleſia ⁊ renouatur
vt aquila iuuētus noſtra ¶ Rurſus in qui
buſdam eccleſijs dum· xij· lectiones leguntᷣ
letanie dicuntᷣ· & earum duodenarius nūs
per tres quaternarios clericorum impletur
quibus oratur vt in baptizandis doctrina
capiaťᷣ apoſtolorum fide trinitatis & q̄tuor
virtutibus predictorum·

SExto loco de confirmatione di
camus Siq̇dem poſt baptiſmū
ſequitur ſpeciale ſignaculū ·ſcȝ
confirmatio· quo perfectio fiat· quando ad
inuocationeȝ ep̄i ſpirituſſanctus infundiť
¶ Baptizatus autem confirmari nō poteſt
niſi demum poſt· vij· dies poſt baptiſmum
ꝓpter· vij· dona ſpirituſſancti· q̄ recipiūtur
in baptiſmo· Nam pro ſingulis donis decet
dies ſingulos celebrari Alij dicūt ꝙ ſtatim
I N ſabbato eſt introit᷑. Caritas dei diffuſa eſt in cordibus nr̃is. ad Ro. v. c. ⁊ competit ſpũiſc̃to qui eſt caritas. ⁊ etiam diei ſabbati. quia ĩ ſabbato future quietis maxime diffundet̃. vt qui igniculus eſt in ſyon. caminus ſit in ir'l'm. ¶ Et ſequitur verſus. Dñe deus ſalutis mee in die cla. ⁊ nocte coram te. Ille em̃ in quo diffuſa eſt ſpũſſancti gratia laudat deum in ꝓſperis ⁊ in aduerſis. ¶. Sequit̃ ep̄la. Juſtificati ⁊c̃. ad Ro. v. c. in qua h̄etur de huius diffuſione. Quia enim caritas d̄i diffuſa eſt non pmittit eã paulus int̃ fines terre ꝓmiſſiõis tantũ coartari. p̄mo oſtẽdit. q̄ non tantum iudeis. ve; etiam gentib᷑.

datus eſt ſpūſſanctus· dicens ipſis iudeis·
Vobis oportebat primū predicari· Sed q̄a
repuliſtis verbum dei· ⁊ vos indignos fe-
ciſtis vite eterne· Ecce ↄuertim̄ ad gentes·
¶ In alijs vero eccleſijs dicit̄ ep̄la· Cōuenit
vniuerſa ciuitas ⁊c̄· Actu· xiij· Quia ergo
gentib⁹ datus eſt ſpūſſanctus· Ideo ſequit̄
all'a Laudate dn̄m om̄s gentes In hoc em̄
ieiunio non tacent̄ cantica leticie ꝓpter reue
rentiam feſti· nec ſm̄ Niceñ· concil'· genua
flectimus· ſʒ ſtantes oram⁹ ꝓpter neophicos
gaudentes· ꝙ a peccatis ſurrexer̄t· In alijs
eccleſijs dicitur· Repleti ſunt om̄s· Actu· ij
·c· Et ſpūs domini ↄrnauit celos· Job· xxvj
·c· ¶ Poſtea ſequit̄ euangelium· Surgens
ih̄us· Luc· iiij ·c· de ſocru petri ſaluata· que
ſignificat ſynagogam· que ſanata ē a petro
ab infidelitate· ⁊ ꝑfectius ꝑ fidem ipſius ſa
nabitur in futuro· ⁊ ſic conuenit cum ep̄la
Fiunt aūt hac die ordines ꝙ ſup ordināndos
deſcendit ſpūſſanctus· ⁊ etiam ſup ieiunā-
tes· Et iō dicunt quatuor lectiones añ lecti
onem danielis ꝓut dictum eſt ſub quarta
feria tercie ebdomade aduentus· ¶ Prima
eſt de ꝑ̄ncipio libri· Sapie· in qua oñditur
quibus datur ſpūſſanctus· ⁊ quib⁹ non ſcʒ
illis qui ſentiunt de dn̄o in bonitate ⁊ ſim-
plicitate cordis querūt illū· ¶ In alijs vō
eccleſijs· Prima eſt de Johele· ij ·c· Effundā
de ſpiritu meo ſuper om̄eʒ carnem· ꝙ ſicut
ſpūſſanctus ſup apoſtolos deſcendit viſibili
ter· ita ſup ordinandos deſcendit inuiſibili-
ter· ¶ Scd̄a eſt· Locutus eſt· Que ē Leui·
xxiij ·c· ¶ Tercia eſt· Dixit moyſes· Que eſt
in deutro· xxvj ·c· ¶ Quarta eſt· Dixit dn̄s
ad moyſen· Que eſt Leuit· xxvj ·c· ¶ Offer
torium eſt· Intonuit dn̄s· Poſtcōmunio vō
Non vos relinquā ⁊c̄ Et de effuſione ſpūs
ſancti loquit̄· Poteſt etiam dici· ꝙ hoc offi-
cium figurat duorū ↄcordiam ꝑploꝝ· iudei
videlicet ⁊ gentiles Hi ſunt duo ceci· de q̄-
bus dicit̄ in euangelio· ꝙ ſunt illuminati a
xp̄o· De qua ↄcordia loquit̄ paulus in ep̄la
ad iudeos ⁊ gentiles dicens· Juſtificati ex
fide pacem h̄eamus ad deū ꝑ dn̄m nr̄m ih̄m
xp̄m· Sed quia pax aut concordia vera· nō
fit niſi ꝑ caritatem· ideo p̄mittur in introitu
Caritas dei diffuſa eſt· in quo ter ponit̄ all'a
qm̄ ad fideʒ trinitatis ꝑuenitur ꝑ obſequia
caritatis· ¶ Lectiones etiam ad ieiunium·

ꝑtinentes atteſtant̄ oꝑationem· ⁊ gratiam
ſpūſſancti· vt prima Effundā de ſpū meo·
Et ſcd̄a· Locutus eſt· vbi dicit̄· Numerabi
tis ſeptem ebdomadas vſq̄ ad alteram dieʒ
expletionis ebdomade ſeptime ꝑn̄tem intel
ligit feſtiuitatem· que olim dicebat̄ feſtiui-
tas ebdomadaꝝ ⁊ quia poſtq̄ gentes intra
uerūt· reliquie ſaluabant̄· ideo nūc flentib⁹
⁊ ſpōſum expectantibus dicit dn̄s in poſtcō
munione· Non vos relinquam orphanos·
Quia igit̄ hec ↄcordia fiet imminente die
iudicij· qui etiam electis erit cauſa timoris·
Ideo hoc offitium ꝑtinet ad timorem· vel
ꝙ timor introducit caritatem· licet caritas
foras mittat timorem ¶ Et attende ꝙ ſcd̄m
Aug⁹· in ordine offitiorum iſtoꝝ deſcendē-
do ↄputamus· In ordine vero paſchalium
aſcendendo· ꝙ per hoc deſcenſus ſpūſſancti
ad nos· per illa noſter ad ip̄m ſignificat̄ aſcē
ſus ¶ Et caue quia preter p̄miſſa offitia ad
ieiunium ꝑtinentia que in quarta ⁊ i ſexta
feria· ⁊ in hoc ſabbato expoſuim⁹· Alie qui
dem lectiones ⁊ euangelia in eiſdem dieb⁹
inueniūtur q̄ forte ſolennitati magis appro
pinquare vident̄· ſʒ tamen hec ⁊ alia gr̄am
ſpūſſancti ꝑſonant ⁊ oꝑationem· Vñ q̄daʒ
hodie non incongrue duas miſſas celebrāt
vnaʒ in tercia de feſto cū gloria in excelſis
⁊ credo· aliam in nona· de ieiunio ſine gl'ia
in excelſis· in qua ſunt clerici ordinandi qui
merito in hac ebdomada ordinantur vt ſcti
ſpūs dona ꝑcipe mereant̄· ¶ Et memēto
ꝙ in hac die terminat̄ q̄nquageſima ⁊ ideo
hodie freq̄tatur ⁊ cantatur pro graduali·
Alleluia· Nec flectunt̄ genua· ꝑtinet enim
ad octauam· Generale q̄dem eſt· ꝙ q̄ciens
de tempe in die gratie materia laudis aſſui
tur· aut dies ad octauaʒ refertur· genua nō
flectimus· ſʒ in oꝛ̄onibus ſtantes collatā no
bis gr̄am ⁊ ↄferendam gloriam ↄfitemur
vt cū olim eſſemus ſerui curui· nunc fracto
iugo incedamus erecti· vt in dn̄icis diebus
in ſanctoꝝ natalicijs ⁊ paſchalib⁹ declinaē
tn̄ capita poſſumus· vt mlieres deuotas ad
monumentum venientes imitemur ⁊c̄·

IN pleriſq̄ locis in octaua penth
fit feſtum ſancte trinitatis· poſt-
q̄ em̄ celebrata eſt feſtiuitas pa-
tris i n̄tiuitate· ꝙ natiuitas dicit̄ feſtiuitas
patris· ⁊ poſtq̄ celebratū eſt feſtum filij in-

paſcha · et feſtum ſpũſſancti in miſſione ipi᷒ merito in octaua penthe · fit feſtum corũ ſil' ſcilicet trinitatis · vt oſtendatur ꝙ tres pſo ne ſunt vn᷒ deus · Et hec eſt ꝑma cauſa q̄re celebrat̃ feſtum trium pſonaꝝ diuiaꝝ ſimu l ¶ Secunda cauſa ē · quia in aduocationem ſancte trinitatis datur in baptiſmo ſpirit᷒ ſanctus · vt ꝑmiſſum eſt · ¶ Tercia cauſa ē · Vt oñdat eccleſia filijs ſuis illũ a quo ſunt oĩa bona · cuius habet ꝑmaginem · et cui᷒ dꝫ hr̃e ſimilitudĩem · viꝫ dei et ſancte trinitatis quam ſemp laudare debem᷒ · Et quia tota ĩ tentio eſt laudare ip̄m · ideo in quibuſdam ecc̃ijs in ſingulis antiphonis laudũ ꝑponit̃ verſiculus · qui laborem ſignificat ad oſten⸗ dendũ · ꝙ toto labore · totoq̧ niſu debemus nos vertere ad laudandũ deum et ſanctam trinitatem · Et eodem mõ fit in q̄buſdam ec⸗ cleſijs · In feſto beate marie · in antiphonis laudum · ꝓ eo ꝙ ip̄a ſe totaꝫ vertit in laudẽ dei · Vnde tunc in euangelio dicit̃ · Maria aũt obſuabat omnia v̉ba · hec conferens in corde ſuo · et quia ip̄a ꝑuilegiata fuit in vir ginitate · ip̄a enim eſt virgo v̉ginum In an tiphonis q̄ dicit̃ de bt̃o laurentio · et de bt̃o paulo · et de beato ſtephano ꝑponũtur qui⸗ dam verſus antiphonis Ad maiorem labo rem notandum q̄ in ſuis martirijs ſuſtinu erunt · Beatus eñ laurentius graui᷒ ceteꝛ paſſus eſt · Vnde bt̃us ſixtus dixit ei · maiora tibi debẽtur pro xp̄i fide certamina · Beatus vero paulus plus ceteris laborauit p̄dican do Et Bt̃us ſtephan᷒ ꝓ xp̄i fide ꝑm᷒ martir extitit · ẜ in hoc eſt dr̃ntia · ꝙ in noct̃nalib᷒ antiphonis tm̃ de beato laurentio ꝑmittũ tur quia paſſio ſua de nocte ↄſũmata ē · Vñ dixit · mea nox obſcurum non hꝫ · Et iterũ · Non eſt inuenta in me iniq̄tas · et ita appa⸗ ret ꝙ tot᷒ fuit ſacrifitium laudis · Vñ ſemp dicebat · Gr̃as ago tibi dñe · mane v̉o corp᷒ eius ↄditum fuit · Et ideo tm̃ nocturnalib᷒ et non laudũ antiphonis v̉ſiculi ꝑponunt̃ · ¶ Rurſus ꝙ verſus laborem et boni op̄is fructum ſignificant · ꝓut tactum ē in ꝓheio quinte ptis · merito in dictorum ſanctorum natalitijs ſpecialiter ꝑmittunt̃ antiphonis ad notandũ · ꝙ ipſi excellentius labores · et bonoꝝ op̄m fructus · ſuis natalitijs et mar⸗ tirijs ꝑmiſerunt · Item in quibuſdaꝫ ecc̃ijs antiphona de martirio beati petri ꝑpoſtere

ꝑponunt̃ · verſiculus ideo ꝙ ip̄e petijt · vt ĩ cruce caput ſuum ad terram verteretur · Hi aũt verſus tropi vocant̃ q̄i laudes ad anti phonas ↄuertibiles · Tropos eñ grece con uerſio dicit̃ latine · Quia ergo ſanctaꝫ trini⸗ tatem laudare debemus · ideo ad miſſam dͬ introitus · Benedicta ſit ſancta trinitas · q̄ Alcuinus ſumpſit de Tobia · xij · Poſtmo͂ · ſequit̃ ep̄la de Apoco · Vidi oſtium aptum in celo · et in circuitu ſedis · i · eccleſie · que eſt ſedes dñi · mare vitreum · i · baptiſmũ ĩ quo ſummergunt̃ omnes egiptij · i · omĩa peccata ¶ Et nota quia dicit mare vitreum ꝓpter corpis fragilitatem et pſpicuitatem · quam recipit in baptiſmo · et eſt in circuitu · q̄a ad eccleſiam venire non poſſum᷒ · niſi p baptiſ mũ · ¶ · Sequitur · Simile criſtallo · q̄a qui ꝑus erant aque fluxibiles · fiunt per gratiã in baptiſmo acceptam · firmi ſicut criſtallus que fit ex aqua congelata · et diuturno gelu in naturam lapidis ↄſolidata · Et hec ē vna cauſa quare in hac die legitur hec epiſtola · quia in ea dicit̃ de baptiſmo · in quo p inno uatiõem trinitatis dant̃ · vij · dona ſpiritus ſancti · ¶ Secũda ratio eſt · ꝙ in ea inuitam̃ ad laudes trinitatis · Cum ibi ſequit̃ ꝙ aĩa lia plena oculis ante et retro · i · p̄lati dabant gl̄iam et honorem et benedictiõem · ſedenti ſup thronũ viuenti · in ſecula ſeculoꝝ · Se⸗ dens aũt ſuper thronũ eſt deus trinitatis · Vnde ſequit̃ · et ꝓcidebant vigintiquatuor ſeniores in facies ſuas · mittentes coronas ante eũ ſignificat · ꝙ omnia bona nr̃a debe mus attribuere ei · atq̧ om̄e illo͂ ex quo me⸗ remur coronam · ¶ · Sequit̃ · Et non hẽbant requiem dicentia · Sanctus · ſc̃tus · ſanctus · et ido͂ in introitu et in alijs offitijs totiens repetitur Bñdicta ſit ſancta t̃nitas · et ꝓpter hoc reſponſoriũ · ſiue etiam graduale quod reſp̄odet ep̄le eſt · Benedictus es dñe · qui in⸗ tueris abyſſos · Dañ · iij · c · verſus ē · Benedi cite deum celi · Thobie · xij · c · ¶ Et alleluia Bñdictus es dñe ɼc̃ · ¶ Offertoriũ Bñdict᷒ es domine · · c · Et poſtcõmunio · benedicim᷒ deum celi ɼc̃ · Thobie · xij · c · · ¶ Euangeliũ eſt · Erat homo ex phariſeis nicodem᷒ ĩ quo hẽtur de baptiſmo · qui in innouacõe ſancte t̃nitatis ſanctificat baptizatos · In alijs v̉o eccleſijs dicitur ep̄la · Gaudete perfecti · que eſt ad Cor · vltimo · c · Et in alijs dicit̃ · Vidi

oſtium· que eſt Apoc· iiij· Et euangeliũ· cũ venerit paclitus· Joh· xiiij· c· ¶ Sciendum eſt· ꝙ hiſtorias de ſancta trinitate· ⁊ de inuentione ſancti ſtephani· compoſuit ſanctꝰ ſtephanus Laudiceñ· ¶ Rurſum cũ atilia rex qui xp̄ianos pſecutus eſt fere oĩa volumĩa xp̄iane religionis deſtruxiſſꝫ· Alcuinus magiſter karoli· ⁊ lodoici filij eius rogatu· bonifatij archiep̄i moguntini· multa de eccleſiaſticis offitijs ɔſcripſit· Vñ ⁊ mogũtiñ· conciľ· a ꝓbante inſtituit· ꝙ a feſto paſche vſqꝫ ad dñicam iſtam tres tantũ dicerentur lectiones· Et hac die de trinitate cantari· vſqꝫ ad dñicam ſeqꝫtem· ⁊ tunc incipe· Domine in tua miſericordia ⁊c̄· Et compoſuit offitium de trinitate· viꝫ· Rñſorium· añas miſſam· ⁊ ſeqꝫtiam· que oĩa obtulit alexandro pp̄e· Jlle vero reſpondit non eſſe celebrandum feſtum de trinitate· ſicut nc̄ de vnitate Nam ſingulis diebus fit feſtum trinitatis ⁊ vnitatis· quia ſemp dicitur Gloria patri ⁊ filio· ⁊ ſpũiſancto· ⁊ ꝑmiſſas hiſtorias ⁊ offitium non admiſit· Vex ſupueniente hereſi Arriana fere fuit fides trinitatis extincta· Sed hylarius· Euſebius· ⁊ Ambroſiꝰ reſtituerũt· Conſenſit igitur eadem de cauſa Gregorius magnꝰ· vt de trinitate ſpeciãlia cantaremus· ⁊ eccleſias in ip̄ius honorem edificaremus· Exinde ergo eſt· ꝙ hyſtoria trinitatis inuenitur varia conſuetudo alij nanqꝫ nõ vtunt̃ ea ſeqꝫtes reꝓbacõeꝫ alexandri pp̄e· Sed in qualibet dñica ab octaua pentħ· vſqꝫ ad aduentum· cantant in nocturnis nonum rñſorium de trinitate· ñ feſtum aliquod impediat· vt eam confiteant̃ p quã ſaluantur· ⁊ in miſſa alleluia· eam hilarit̃ ꝯfitentes· vt dictum eſt ſub· iiij· pte ſub ti· de alleluia· Alij vero vtuntur ea cantãtes eam in hac prima dñica ſeqꝫtes primã inſtitucõem Alcuini· ¶ Alij ponunt eam ĩ fine tp̄is declinationis· ſcꝫ in vltima dñica· viꝫ ante dñicam de aduentu· ſeqꝫtes vltimam aꝓbationem Gregorij· Romani gº nũqꝫ de trinitate celebrant feſtum· nec etiaꝫ has octauas faciunt· Sed in prima dñica poſt pentħ· incipiũt hiſtoriã· Preparate· ſeu deꝰ oĩm· Alij vero celebrant hodie de octaua· ſcꝫ de ſpũſancto· Et ponũt eandem ep̄lam· ⁊ idem quod ꝑdiximꝰ euangeliũ ꝓpter baptiſmatis ſacramñtum· ceteris obſuatis· ſicut in die pentħ· Celebrant aũt octauam ad inſinuandã pfectionem· vel ɔſũmacõeꝫ opeꝝ ſanctiſpũs· Per ſeptem enim dies· operacõ grẽ ſeptiformis· Jn octaua vero ɔſũmatio declaratur· Et qm̃ in octaua redit ad caput ideo oĩa fit in die feſto· a veſpa in veſpam in ip̄is veſperis· ⁊ tribus nocturnalibus pſalmis obſuant· ¶ De his octauis Augꝰ dicit Celebracõem octauaꝝ feriaꝝ noui homines celebramꝰ· Baptiſmus neophitorũ· licet in ſabbato pagatur· ad illum tñ baptiſmũ ptinet· quẽ apoſtoli ſuſceperunt ĩ die pentħ· cuius octaua dies eſt dominica ſeqꝫs Qui vero ponunt hiſtoriam· prepate· ſeu Deus oĩm· melius faciunt· quia romanam ſecunt̃ eccleſiam· nr̃e pegrinationis recolẽtes ⁊ pcurrentes hiſtoriam· Nam p ſeptuageſimã ſignificamus expulſionem generis humani de patria padiſi· Per q̄drageſimã ſuitutem ppl̄i ſub pharaone· per paſcha immolacõem agni· p quadraginta dies paſcales· quadraginta annos in deſerto· p rogacõnes terre ꝓmiſſionis ingreſſionem· p ſepteꝫ dies pentħ· in quibus· vij· dona diuidũtur terre date diuiſionem· per tp̄us quod ab hõdie ſequit̃· ſignificamus ppl̄i afflictionem ⁊ gubernacõem factam per iudices ⁊ reges· ideoqꝫ leguntur quatuor libri regum· ꝓut ĩ ſequenti titulo diceretur·

¶ De prima dñica poſt penthecoſtes

Hic dicendũ reſtat de p̄ma dñica poſt penthecoſtes· que eſt vna õ p̄ncipalibus dñicis· Et incipit hic quartum tp̄us· ſcꝫ pegrinationis· quia ſumus in via veniendi ad p̄riam· Sꝫ quia hoſtes habemus priuſqꝫ illuc pueniamꝰ ſcꝫ carnem· mũdum· ⁊ dyabolum· ⁊ ideo legit̃ de libris regum· in quibus agitur de bellis ⁊ de victorijs· vt inuitemur ad pugnandũ· fortiter ɔtra hoſtes vt victoriam habeamꝰ ſicut iudei de philiſteis· ⁊ tandem gloriemᷣ in celis· q̄ nõ eſt nobis tantũ luctꝰ adũſus carnem· ſed etiam aduerſus aereas ptates· ¶ Vnde primo dicimꝰ in veſpis· Bñdictꝰ dñs deus meus ⁊c̄· Et hiſtoria eſt· Deꝰ oĩm Seu ſm̃ romanos· Prepare· Sꝫ quia bellum ſine diſcretione non bene geritur· iðo ſeqꝫti tempe ſubiungũtur libri ſalomonis· ¶ Jtẽ quia inſurgũt vitia ɔtra que neceſſaria eſt patientia· iõ ſubſeqꝫter ſubiũgitur hiſtoria

de Job. Recte ergo inuitamur ad pugnam
quia poſtq̄ digni ſumus in numero iuſtoꝝ
haberi per librū numeri iam plectum. & in
ſtatu pfectionis p nouam legem ſcꝫ per deu
tronomij. in quo hētur Diliges dn̄m deum
tuū ex toto corde tuo. & ex tota anima tua.
& ſumus ſub ihū per librū ioſue. & ſub iudi
tibus .i. ſub p̄latis p librū iudicum. ⁊ ſum⁹
ſine acceptione pſonaꝝ. Per librum ruth. q̄
fuit moabitis. Reſtat tn̄ pugnare. quia tūc
magis temptat dyabolus. & ſic ordinantur
libri regum. in quibus tractatur de bellis
ipoꝝ ad alios libros. Adoptantur etiam &
aliter prime quatuor dn̄ice. q̄tuor libris re
gum. ꝑ ꝛ ꝛ dicetur ſub. iiij. & ſub ſeptima. &
ſub. xv. dn̄icis. Legunt aūt in tali tempore
& poſt miſſionem ſpūſſancti. ⁊ poſt feſtū tri
nitatis. quia qn̄ accepim⁹ grām ſpūſſancti.
extūc ſumus ſimiles deo. & p hoc filij ſum⁹
ſummi regis. & per conſeq̄ns ſumus reges.
Vnde in Apoco. Fecit nos reges & ſacerdo
tes deo & patri ſuo ꝛc̃. Petrus in canoica.
vos eſtis genus electum regale ſacerdociū.
ꝛc̃ Ergo cū ſumus reges & habeam⁹ aduer
ſarios. non reſtat niſi vt regnuꝫ nr̄m defen
damus. q꞉ ex hoc nobis inuidet dyabolus.
quia ad illud regnū ſumus aſſumpti. vnde
fuit iſte deiectus. & ideo nobis grauis im
minet pugna. ¶ Nempe oñditur nobis da
uid in exemplum. qui vicit per humilitateꝫ
& iocunditatem mentis. & vnctus fuit ter.
Primo a ſamuele in bethleem. in ſignū reg
ni. ¶ Secūdo. ſuper domū iuda in regem.
ſuper tribus iuda. a viris iuda. in ebron.
¶ Tercio iterū in ebron & in ꝯfirmatione
regni ſup totum iſrahel. ſimilit̄ nos ſi bene
pugnabim⁹. ter inungemur. Primo in bap
tiſmo. in ſignum regni. Scd̄o in ꝯfirmati
one. Tercio in padiſo. qn̄ regnum noſtrum
ꝯfirmabitur. Saul etiam nobis ꝑponitur ī
exemplum. qui p inobīam āmiſit regnum
Vnde non ſimus inobedīētes ſicut iſe fuit
ne pdamus regnū ētnum. Dauid autē fuit
humilis in omnibus opibus ſuis. quod pꝫ
quia cum luderet coram arca dn̄i. indutus
ephot lineo. deſpoſitis regalibus veſtibus
deſpexit eū nichol filia ſaul dicens ei quod
nudatus fuerat. ſicut vnus de ſcurris & ille
reſpondit. ludam & vilior ſiam añ dominū
qui elegit me ꝛc̃. ¶ Item quando venit ad

eum nathan ꝓpheta ⁊ r̄darguit eum de pec
cato ſuo. publice penituit. Item iocundita
tem mentis habuit. & oīa bona a ſe facta.
ad deum retulit. Vnde de eo cantat eccleſia
preualuit dauid in philiſteū. in funda & la
pide in noīe dn̄i. ecce exultatio in deo. Non
enim ꝯfidebat in ſe. Funda dauid eſt p̄dica
tio. p quam fundam p̄dicationis eicit dya
bolus de cordibus hoīm. cum p duram rep̄
henſionē incutitur timor & ꝯcipitur pn̄ia.
Lapis vero dura rephenſio eſt ¶ Quia g°
huius mūdi victoria habetur p humilitatē
ideo ad miſſam incipit introitus. Domine ī
tua miſericordia ſperaui. Ecce huīlitas dō
Exultauit cor meum. ecce mētis iocunditas
per hec duo vincitur pugna ¶ Et quia ille
ſolus vincit qui nihil ſibi ꝫ omīa bona ſua
deo attribuit ⁊ ſperat in eo. ideo bn̄ ſequit̄.
oratio. Deus in te ſperantiū fortitudo. ꝛc̃.
¶ Pꝰea ſe° epl̄a de caritate Deus caritas ē
ꝛc̃. i. Joh. iiij. c. q꞉ p caritatem reges ſumus.
& p eam facimus bona opa meitoria regni
per que regnum nr̄m defendim⁹ & conſua
mus. Vnde ſequit̄ In hoc apparuit caritas
dei ꝛc̃. poſt. deus caritas eſt. ꝛc̃. Ibi etiam
oñditur. ꝙ diligere debem⁹ deum & ꝓxim.
¶ In euangelio autē. Homo quidam erat
diues. Luc. xvj. c. oſtendit̄ ꝙ non debemus
diligere diuitias. per diuitem qui induebat̄
purpura & byſſo. & p penam eius. vt enim
dicitur Ecc̄ia. v. c. Qui amat diuitias. fruc
tum non capiet ex eis. qui amat ſcꝫ amore li
bidinoſo. natali vero vel caritatiuo poteſt.
quia diuites cum iuſticia ⁊ opibus bonis.
non abicimus. Habetur enim in euangelio
de mendico lazaro. in cuius pſona incipit
graduale. Ego dixi dn̄e miſerere mei. Et ſe
quitur verſus de opibus mīe. Beatus qui
intelligit ſup egenū & paupem. i. intelligit
⁊ p̄cogitat illud quod eſt in egeno & paupe
ſcꝫ egeſtas & pauptas vt ei ſubueīat. Dicit
enim Gre. ꝙ debem⁹ eas vocare patronos
⁊ amicos nr̄os. quia etiam fratres nr̄i ſunt
& ſic facere nobis amicos de mamona iniq̄
tatis. ⁊ de male acquiſitis. vt cū defecerim⁹
per mortem. recipiant nos in ētna taberna
cula. hoc non fecit diues ille in epulo. Et q꞉
in aliquo noluit paupi ſubuenire. ideo cū
eo diſtrictiſſime fecit dn̄s. vt non poſſet hr̄e
guttam aque ad refrigerium lingue Et ideo

ſequit̄ alleluia· Deus iu·iu·for·⁊ pa·⁊c̄
¶ Poſtea ſequit̄ offertoriū in ꝑſona medici
ſcꝫ· Intende voci oronis mee· ⁊ quia non
obliuiſcitur deus orões ſcõs pauperū ¶ Sequit̄
poſtcõmunio· Narrabo oīa mirabilia tua·
pſ̄· di·⁊c̄· ¶· In quibuſdā tamen eccīis
legitur hodie euangeliū· Eſtote miſericor:
des· quod eſt Luc·vj·c· ¶ Et eſt ſciendum·
ꝙ vrbanus ppa·iiij·ſtatuit fieri feſtū de cor
pore xp̄i q̄nta feria poſt hanc dñicam· con:
cedēs magnam indulgentiam tam clericis
officiantibus ꝗ̄ populis ꝯuenientibus ad
diuīa· ꝓut in officio ſup hoc ordīato hetur

¶ De Secunda dominica·

Dictum eſt de prima cauſa· quā
defendimus regnū noſtrum eſt
Caritas que dilatat̄ ꝑ ꝯſideracõ
rem eternaꝝ nuptiaꝝ· de quibus in Apoc·
Beatus qui vocatus eſt ad cenam nuptiaꝝ
agni· Vnde in hac ſcd̄a dñica hetur de hoī
cena in euangelio· Luc·xiiij·c· Homo q̄daꝫ
fecit cenam magnā ⁊ vocauit mltos ⁊ mi
ſit ſuos ſuos hora cene dicere inuitatis vt
venirent ⁊c̄· Hora cene eſt ex quo porta pa:
radiſi aperta eſt ꝑ ipm ¶ Sequit̄· Et ceperūt
omnes ſimul excuſare· Nam primus dixit·
villam emi ⁊ neceſſe habeo videre illam·
Scd̄us dixit Iuga boum emi va·⁊ eo ꝓbare
illa· Tercius dixit· vxorem duxi· ⁊ ideo nō
poſſum venire· Dñs vero dixit ad ſuū ſuuꝫ
vade ⁊ compelle intrare vt domus mea im
pleatur· Multos eñ compellit intrare per
tribulacões· Illi ergo qui uocati fuerant·
non venerūt· q̄r auari· qui per primū· ſe ex
cuſantes ſupbi vel guloſi· qui ꝑ ſecundū·
⁊ luxurioſi Qui ꝑ tercium intelligunt̄· hac
cena ſe reddunt indignos· Vnd̄ ver· Villa
boues· vxor· cenaꝫ clauſere vocatis· mūdus
cura· caro· celum clauſere renatis· Et quia
in hoc iſti ſe reddunt indignos· ideo domi9
alios vocat· ¶ Quia vero ꝑ conſideracõeꝫ
hui9 cene dilatatur caritas· Et q̄r dominus
ꝓtegit habentes caritatem· ideo incipit in:
troitus· Factus eſt dñs ꝓtector me9 ⁊ edux:
it me in latitudīem caritatis· ¶ Sequitur
verſus de caritate· Diligam te dñe fortitu:
do mea ⁊c̄· firmamtum meū ⁊c̄· In oratiōe
vo petit caritatē ſcīi nois tui ⁊c̄ ¶ In epl̄a
Nolite mirari·i· Ioh̄·iij·c· Habetur de vita
eterna· ꝑ cuius intuitum amor concipitur

⁊ ſequit̄ in fine de caritate filioli· Non dili:
gamus verbo neqꝫ lingua· ſꝫ ope ⁊ vitate·
Hec eſt ligua doloſa· qua dicunt amatores
mūdi· Rogo te habe me excuſatum· dicunt
etiam bonis ⁊ ſanctis viris· rogate ꝓ nob̄
⁊ tamen venire non curant· Et attende· ꝙ
duo primi excuſant ſe· per primū eñ ſupbi·
intelligunt̄· per ſcd̄m· oēs qui delectantur
in quinqꝫ ſenſib9 corpis· per terciū vo luxu
rioſi qui ſe non excuſant· quia non hn̄t cor
Sicut hetur in Oſee·iiij· Fornicatio· vinum
⁊ ebrietas auferūt cor· Magis eñ abſorbꝫ
hoīem fornicatio· ꝗ̄ ſuperbia vel auaritia·
Quia ergo vt dictum eſt lingua taliū excu:
ſantium ſe· dicit̄ lingua doloſa ideo eccleſia
a lingua doloſa petit ſe liberari in reſponſo
rio· ad dñm cum tribularer clamaui· In v·
Domine libera me ⁊c̄· ⁊ quia ꝑfectus ē qui
non peccat in lingua· ideo ſecūdo tono can
tatur· ¶ Poſtmod̄ ſequitur· alleluia ſimilit̄
de caritate· Diligam te dñe fortitudo mea·
⁊c̄· Sana vero ꝯſideratione vite eterne con
cipitur caitas viſa cena· petit ꝯuerti ī offer
torio· Conuetere dñe· ⁊ quia ibi cantabim9
vocaliter· vt ait· Caſſiodorus ſup pſalmiſ:
tam· Omīs ſpūs laudet dñm· non erit ibi·
tantum cena· ſꝫ etiam maxima ſolennitas·
Vnde in Tren̄·i· Vie ſyon lugent· eo ꝙ nō
ſint qui veniūt ad ſolennitatem· ideo ī poſt
cōmunione ꝓmittit ſe cantaturū ibi dño·
dicens· Cantabo domino qui bona tribuit
mihi· ⁊ pſalmiſta etcetera·

¶ De dominica Tercia·

Tercia cauſa· quare inflāmamur
ad defendendū regnū noſtrū eſt
ꝯſideratio beniuolentie dei qua
nos cuſtodit ⁊ diligent̄ querit· Ideo ī euan
gelio huius tercie dñice· Erant appinquā:
tes· Luc·xv·c· habetur· Quis ex vobis hō
hn̄s centum oues·i· angelos ⁊ homīes· ⁊ ſi
ꝑdiderit vnam ſcꝫ hoīem· nonne relinquit
nonagintanouem in deſerto·i· in celo ⁊ vadit
querere ꝑditam ⁊c̄· Aut que mulier habens
dragmas decem ſcꝫ angelos ⁊ homines· ⁊
perdit vnam ſcꝫ hoīem· in quo ymaginem
ſuam depinxerat· nonne accendit lucernaꝫ
·i· naturam hūanam in qua lumē deitatis po
ſuit vniendo ſe ei ⁊ querit diligenter donec
inueniat· ⁊ cū inuenerit conuocat amicas·
⁊ vicinas dicens eis· Congratulamini mihi

quia inueni dragmã quam pdiderã. Ita
dico vobis Gaudiũ eſt in celis angelis dei
ſuper vno peccatore penitentiam agente
Ecce q̄nta ē beniuolentia dei erga nos iſta
beniuolentia accendit in nobis caritatem
Quia vero ad nuptias eternas non intrãt
ſupbi. neq̧ luxurioſi. neq̧ auari vt p̄miſſũ
eſt. ideo introitus huius dñice eſt. Reſpice
in me ẽc. q dicit. Vide humilitatē meã ↄtra
ſupbiam. q laborem meum ↄtra luxuriam.
q̇a inops ⁊ pauper ſum ego ↄtra auariciaꝫ
Et ꝓpter p̄dicta monet nos petrus ad huĩli
tatem. dicens in epl̃a prima vltimo capitl̃o
Humiliamini ſub potẽti manu dei. vt nos
exaltet ẽc. Sobrij eſto te ⁊ vigilate in orõ-
nibus qm̃ aduer. dya. veſt. tan. le. ru. cir. q̄
deuoret ¶ Et quia tantã curam hꝫ domin⁹
de nobis. ideo in graduali inuitat nos eccle
ſia dicens. Iacta cogitatum tuũ in domino
⁊ ip̄e te enutriet. Verſus eſt dum clamareꝫ
ad dñm ex. vo. meam ẽc. ¶ Alleluia ē. Dñe
refugium ¶ Offertoriũ eſt Sperent ĩ te om̃s
qui nouerũt ẽc. quia de ſperantibus in ſe hꝫ
curam. q̧ vero dñs non inuenitur niſi quis
peniteat. Cum vero quis penitet ad dñm
clamat Ideo ſequit̃ poſtcõmunio Clamabo
Rurſus. hoc offitium eſt de penitente. ſicut
apparet ex ip̃a ↄmunione. ⁊ ex euangelio.
vbi p dauid intelligitur quilibet penitens.
ibi dicitur. Gaudium eſt in celo ſuper vno
peccatoȇ pn̄iam agente ẽc. ⁊ ex introitu. ⁊
alijs ⁊ ideo cantatur feſtum beati iohãnis
baptiſte. qui legit̃ ꝑpl̃m ad pn̄iam ꝓuocaſſe

¶ De dominica quarta.

QVarta cauſa q̄ defendimus reg
num nr̃m ſunt opera miſericor-
die. Vnde in euangelio Luc. vj
quod legitur in hac quarta dñica dicitur in
quibuſdã eccleſijs. Eſtote miſericordes. ſicut
q pater vr̃ miſericors eſt. Et poſt ſequitur.
Menſurã bonã q ↄfertã q coagitatã ⁊ ſup
fluentem dabunt in ſinũ vr̃m. ¶ Quia vo
non p̄t homo opera mı̃e facere niſi p̄us illu
minet̃ a deo. Ideo incipit introitus. domi⁹
illumı̃atio mea. Et quia per op̃a miſericor-
die eſt eccleſia terribilis. vt caſtroruꝫ acies
ordinata Sic̃ d̃r in Canticiſcanti. ſequitur
verſus. Si exurgat adu̇ſum me caſtra non
timebit cor meum. ⁊ ſi exurgat in me p̄liũ.
ẽc. Et p⁹ea petit in collecta miſericordiam
⁊ grãm dandi elemoſinas cũ dicit. ꝓtector
in te ſperantiũ deus ẽc. ¶ In epiſtola vero
Exiſtimo. que eſt ad Ro. viij. c. oñditur p̄mi
um. vbi dicit apl̃us. Non ſunt ↄdigne paſ
ſiones huius tp̄is ad futũam gl̃iam. que re-
uelabitur in vobis. Et poſt ſequit̃ Et om̄is
creatura ingemiſcit. expectans reuelacõem
filioꝝ dei. Et vt hanc gl̃iam eccleſia poſſit
adipiſci. petit in rñ̃ſorio veniam de peccatꝭ
Propitius eſto peccatis noſtris dñe ¶ Se-
quitur alleluia. In te dñe ſperaui. quia ĩ ſe
ſperantibus ꝓpitius eſt. Vnde pš. Qm̃
in me ſperauit liberabo eum. ¶ Adaptant
etiam iſte q̄tuor p̄cedentes dñice q̄tuor libꝛꝭ
regum ſic. ¶ In primo em̃ libro h̄ẽtur quõ
dauid inunctus fuit. Vnde in prima dñica
incipit introitus. Dñe in miſericordia tua
ſperaui. ⁊ ĩ reſponſorio h̄ẽtur Et vnxit me
vnctione miſericordie ſue. ⁊ oleo exultatio
nis ¶ Vnde ſequitur in introitu. Exultauit
cor meum in ſalutari tuo. Et ita oſtendit ſe
vnctum oleo leticie p miſericordiam dei In
ſcd̃o libro h̄ẽtur quomodo liberatus fuit ab
inimicis. q vnctus bis. vt haberet latitudi
nem regni. ¶ Vñ in ſecunda dñica incipit.
introitus. Factus eſt dñs ꝓtector meus. ⁊
eduxit me in latitudı̃em. vt late regnaret.
In tercĩo libro h̄ẽtur quõ mortuus fuit. Vñ
in tercia dñica. vtitur ecc̃ia voce decedentiũ
dicens. Reſpice in me ⁊ miſerere mei. ⁊ in
verſu. In te dñe ſperaui ¶ In quarto libro
habetur d̃ ꝓphetis qui illuminati ſũt a deo
vt viderent ventũa ⁊ ideo in quarta dñica
dicit̃ in introitu. Dñs illuminatio mea.

¶ De dominica Quinta.

QVinta cauſa qua defendimus q
optinemus regnum nr̃m. ē pax
cũ inimicis eccleſie ⁊ patientia
in aduerſis. ad quam inuitat beatus petrus.
in epiſtola huius quinte dñice. Om̃s vna-
nimes. i. pe. iij. c. Et non reddentes malum
ꝓ malo ẽc. Vnde in euangelio h̄ẽtur de re-
the petri. ſ; multi ſunt qui rumpunt rethe.
beati petri. i. ↄcordiam ⁊ vnitatem frr̃nam
⁊ ideo in pſona tollerantiũ incipit introit⁹
Exaudi dñe uocem meam qua clamaui ad te
ẽc. ¶ Verſus eſt. Dñs illuı̃atio mea ẽc. illu
minatus enim a deo ſaluatur ab hoſtib⁹ q̧
ſperat in eo. Pro p̄dicta autem voce cũ ini-
micis ecc̃ie impetrãda orat ecc̃ia in collecta

dicens. Da nobis queſumus domīe. vt et
mundi curſus ꝛc. In aliquibus tamē caſi̓s
dicitur. Deus qui diligentibꝫ te. ¶ Sequit̄
euangelium Luce. v. c. Cum plurime turbe
irruerent in ipſm ꝛc. vbi ſequit̄. Preceptor
per totam noctem laborantes nihil cepimꝰ
Tales qui laborant ī nocte. ⁊ nihil capiūt
ſunt qui ꝓ terrenis p̄dicant. ¶ Sequit̄. in
verbo aūt tuo laxabo rethe. hoc facit q̇ hꝫ
ſciām ⁊ vitam. Talis enim concludit mltī=
tudīem piſcium copioſā Vnde in principio
tot capti ſunt boni ⁊ mali. ꝙ rethe rumpit̄
ꝑ quod ſignificatur ꝙ eccleſie vnitas ī hac
vita rumpitur a quibuſdam. ſed poſt reſur=
rectionem capti ſunt mlti ⁊ tn̄ non ē ſciſſuꝫ
rethe ꝑ quod ſignificantur boni qui non ſci
dunt vnitatem eccleſie ⁊ ideo in offertorio
dicit eccleſia ſe laudare deum qui quantum
ad bonos filios dedit eis intellectū vt non
rumpant rethe id eſt vnitatē eccleſie Bene=
dicam dominū qui michi tribuit intellectū.
¶ In poſtcōmunione vero dicit eccleſia ſe
optare vnitatem ⁊ hanc petere a dn̄o. Vnā
inquit peciꝫ a dn̄o. licꝫ em̄ plura petat quot
tidie tn̄ dicitur vnū petere q2 ad vnū finem
id eſt ad habenō deum oīa petenda petit ⁊
hoc eſt quod ibi ſequitur. Hanc requirā vt
inhabitē in domo dn̄i omnibus diebus vi
te mee. Hoc ideo dicit q2 tunc legitur. Para
lipomenon .i. verba dieꝝ. qui habet eandeꝫ
materiaꝫ cū libro regum ⁊ ſignificat ꝙ qui
in diebus ſuis bene rexerit ſe. habebit dies
eternitatis ¶ Et attende ꝙ hoc offitiū can
tatur circa feſtum beati iacobi. q̇a ſic̄ dicit̄
in euangelio. Relictis rethibus. ſecutus ē
dominum. ⁊ factus eſt piſcator hominū .i. o
ſupplantator re. ⁊ nomine viciorum.

¶ De dominica Sexta.

Quia vero non ualent oīa p̄dicta
niſi fiat etiam plena iuſticia hōi
⁊ in nouitate vite. iō in hac ſex̄
dn̄ica legitur ſcd̄s liber palipomenon. vbi
hētur. ꝙ ↄfortauit dn̄s ſalomonem ꝑ quod
ſignificatur. ꝙ dn̄s ſpūaliter ſuos cōfortat
dando eis fortitudīeꝫ. ideo dicit̄ ī offitio hꝰ
dn̄ice. Dominus fortitudo plebis ſue ⁊ pro
tector ꝛc. Verſus eſt. Ad te domine leuaui
aīam meam. q2 ab ipo eſt omnis fortitudo ⁊
tūc bene regimus regnū nr̄m. quod maxīe
fit ſi tendat homo ad ꝓmiſſiones dei. vnde
dicitur in orōne. Deus qui diligentibus te
bona inuiſibilia p̄paraſti ꝛc. ¶ In epl'a aūt
Quicunqꝫ baptizati ſumus ꝛc ad Ro. vj. c.
Hortatur nos paulus. vt in nouitate vite
ambulemꝰ. aliter enim nihil valent alia
¶ Et vt hoc poſſimus orat eccleſia in reſpō
ſorio. Conūtere dn̄e aliq̄ntulum ꝛc Ille vō
qui ambulat in nouitate vite p̄parat ſe ad
laudandū deum in p̄ſenti ⁊ in futuro. Vn̄
ſequit̄. All'a Te decet ẏmnus deꝰ ī ſyon Ad
hanc orōnem vel pfectiōem hortam̄ in euā=
gelio. Mat. v. c. Niſi abundauerit iuſticia
veſtra ꝛc. ¶ Et ſequit̄ ibi Si offers munus
tuū ante altare ꝛc. Et q2 non poteſt homo
hoc facere ſine auxilio dei. ideo orat ī offer=
torio. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis
ꝛc. Et q2 talis pt̄ offerre. iō ſequit̄ in pꝰcon
munione. Tollite oſtias. ꝛc.

¶ De dominica Septina.

Sequitur. vij. dn̄ica in qua legū
tur libri ſalomonis. vt pabole
eccleſiaſtes. Cantica libri ſapie.
quem philo ↄpoſuit. ⁊ Ecc̄iaſticus quē iħs
ſirach edidit. ⁊ tamen ſalomoni attribuit̄.
Hi libri qui ſunt de opibus ſapīe ſalomoīs
legunt̄ a kalendis Auguſti vſqꝫ ad kalenō
decembris. q2 menſis iſte calidus eſt. ⁊ eſtū
ſignificat vicioꝝ. in quo nos optet ſapient̄
regere. ſicut in medio nationis praue ⁊ per
uerſe. Vel q2 menſis iſte. ſcꝫ Auguſtꝰ ſextus
eſt. Vnde ſextilis an̄ Auguſtum ceſareꝫ vo=
cabatur ⁊ verus nr̄ ſalomon. in. vj. etate
venit. qui fecit vtraqꝫ vnū. qui fuit dei vir
tus ⁊ dei ſapīa qui docuit nos ſapienter vi
uere ⁊ docere. Hic eſt xp̄us rex regum. qui
ſeptem panibus ⁊ paucis piſcibus vt legit̄
in euangelio hodierno. ſaciauit eos qui de
longe venerant. ⁊ eum triduo ſuſtinuerāt.
¶ Rurſus in hac dn̄ica incipit ecc̄ia pabo=
las ſalomonis. Poſt feſtum enim trinitatis
legitur liber regum. qm̄ homo quando tri=
nitatis ſimilitudīem hꝫ. fit rex ⁊ ſacerdos.
Vnde ꝓponunt̄ ei exempla de regibus ⁊ ſa
cerdotibus. ſicut ſub prima dn̄ica dictum ē
¶. Poſtea vero ſecuntur libri doctrinales.
p̄ponuntur em̄ exempla doctrinis. quia plꝰ
mouent facta q̄m dicta. Actu. i. Cepit iħs
facere ⁊ docere. ⁊ ſic ordinantur libri ad ſ=

inuicem· vt p̄cedant libri exemplares regū
⁊ palipomenon· ⁊ ſecunt̄ libri doctrinales
ſalomonis· que doctrina eſt refectio ſpūal'·
de qua habetur ī euangelio hui⁹· vij dn̄ice
De hoc dicetur ſub dn̄ica· xj· ⁊· xx· Et quia
huic doctrine bonis opibus reſpondere de-
bemus· ¶ Incipit introitus· Om̄es gentes
plaudite manibus Et bt̄us paulus inuitat
nos in epl'a· ad Ro· vj· c· vt reſpondeamus
illi doctrine ſuiendo deo dicens· Hūanum
dico· ꝓpter infirmitatem carnis nr̄e· Vnde
in quibuſdā eccleſ ps ſequit̄ Reſponſo· Bt̄a
gens cui⁹ eſt dn̄s deus eoꝝ· i· que deū habet
pro dn̄o ei ſoli ſuiendo· Et ſequitur verſus
Verbo dn̄i· i· doctrina dn̄i celi firmati ſunt·
i· maiores· ſicut apl'i ⁊ alij ſancti ¶ Sequi
tur in quibuſdam ecc'ijs alleluia Attendite
ppl'e meus legem meam· Lex eſt illa refectio
Illa autē refectio oſtenditur in euangelio
Marci· viij· Cum turba plima ⁊c̄· ¶ Et eſt
notandū ꝙ ibi dicitur· ꝙ quidam delonge
venerūt· ſcʒ illi qui de peccatis enormibus
redierunt ⁊ penituer̄t· Qui enim in pc̄to·
mortali eſt· non habet q̄d manducet Erant
aūt q̄tuor milia· ſcʒ habentes q̄tuor cardia-
les virtutes ⁊ comeder̄t ⁊ ſaturati ſunt· q̇a
lex dn̄i ſatiat· ⁊ remanſerūt ſeptem ſporte·
ſcʒ p̄dicatores· ſcʒ habētes ſeptem dona ſpūs
ſancti· ⁊ reficientes alios In alijs v̇o ecc'ijs
legit̄ euangeliū· Attendite a falſis ꝓphetis
¶ Quia vero hn̄s doctrinam videt ī quāto
piculo ſit ↄſtitutus· Videt em̄ ſe eſſe in for-
nace babilonis· ideo in offertorio· ſicut olo
cauſtum· ⁊c̄ Daniel'· iij· c· petit ſe liberari· ⁊
vtitur voce trium pueroꝝ· In poſtcōmuni
one v̇o· Inclina aurem tuam ⁊c̄ · petit libe-
rationem accelerari·

¶ De dominica Octaua·

SEquit̄ octaua dn̄ica in qua docʒ
nos eccleſia vitaē om̄eʒ vanita
tem· Hic em̄ debet eſſe effectus
doctrine in nobis· q: in doctrina docet nos
fieri ſpūales· ⁊ remoueri a corpalibus deſi-
derijs ad ſimilitudiem beate v̇ginis cuius
feſtum inſtat· ¶ Vnde introit⁹ incipit· Suſ
cepim⁹ deus miam tuam· i· filium tuuʒ ie̅ſm
xp̄m nobis ex miſericordia datum in medio
templi tui· i· in cōmuni eccleſia tua ſm nom̄
tuū deus· Deus enim vbiq̄ noīatur· ſic ⁊
laus tua ī fines terre· i· vbiq̄· Templū ergā
eſt beata virgo· in qua vere ſuſcepimus dei
miſericordiam· Vnde circa cuius feſtum rō
nabiliter pn̄s cantamus offitium· cū ſit tēp
lum dn̄i ⁊ ſacrariū ſpūſſancti· ¶ Sequitur
epl'a· ad Ro· viij· c· Debitores ſum⁹ non car
ni· vt ſm carnem viuam⁹ ⁊c̄· in qua docem̄
ↄculcare om̄eʒ carnalitatem· ⁊ ad oñdendū
ꝙ hoc poſſumus· ¶ Sequit̄ non enim acce
piſtis ſpm̄ ſuitutis iterum in timore· ſʒ acce
piſtis ſpm̄ adoptionis filiorū· quo guſtato
deſipit omnis caro· Sed quia non poſſunt
hec fieri· niſi dn̄s ꝓtegat· ideo orat in gra-
duali· Eſto mihi in deū ꝓtectorem ¶ Rur-
ſus· quia non poteſt hr̄e hec omnia· niſi qui
gaudet in dn̄o· Ideo ſequit̄· alleluia· Exul-
tate deo adiutori noſtro· Gaudiū em̄ ſpūa-
le· excludit om̄eʒ carnalitatem ¶ Quia v̇o
quidam ſunt vita caſti ⁊ humiles· ſed ficte
ab eis docet caueri in euangelio· Mat· viij
·c· Attendite a falſis ꝓphetis· qui p̄tendunt
caſtitatem· ⁊ ſunt luxurioſi· Vel ꝓpter hūa
nam laudem ſunt caſti· ſicut fatue virgines
Quibus dicit̄· Amē dico vobis· neſcio vos
ſʒ dn̄s humiles vere ſaluat· ¶ Vnde ſequit̄
offertoriū· ppl'm humilem ſaluū facies dn̄e·
⁊ oculos ſupboꝝ humiliabis· Quia v̇o p
delitias ſpūales· oīa conculcamus· iō dicit̄·
in poſtcōmunione· Guſtate ⁊ videte quo-
niam ſuauis eſt dominus ⁊c̄

¶ Sequitur de dominica Nona·

POſtmoḋ ſequitur nona domīca
in qua legit̄ liber ſapīe· ſapiētia
aūt eſt cogitare de celeſtibus· ⁊
leuare cor ad illa· Vnde monet nos ad hoc
maxime ꝓpter feſtū aſſumptionis bt̄e virgi
nis quod inſtat qn̄ ſcʒ aſſumpta eſt in celum
Et q: homo ſe ſuper ſe leuare non pt̄· niſi cū
dn̄s trahat· ideo dicit̄ in introitu· Ecce de⁹
adiuuat me· ⁊ dn̄s ſuſceptor ē anime mee·
·i· ſurſum captor· ſicut em̄ itur ad celeſtia nō
paſſibus corpis· ſʒ aſſimulatiōe mentis ad
deum· in quo vitantur oīa mala· de quibus
ſequit̄ in epl'a prima· ad Cor· x· c· Non ſim⁹
ↄcupiſcentes maloꝝ ⁊c̄· ¶ Poſtea ſequit̄ ibi
Fideles deus qui non patiet̄ vos temptari
ſup id quod poteſtis· ſʒ faciet cū temptacōe·
ꝓuentum vt poſſitis ſuſtinere· p̄us tamen
timoreʒ incutit dicendo· Qui ſtare ſe putat
videat ne cadat· ¶ In graduali vero Qui
ſurſum rapitur reddit gr̄as deo di· Domic

dñs noſter ꝙ̃ ammirabile eſt nomen tuū in
vniuerſa terra qm̃ eleuata eſt magnificētia
tua ſup celos· non tm̃ in xp̄o ⁊ bt̄a virgine
·i·ſup celos materiales ꝛ ſpūales· veꝝetiaꝫ
in ſanctis ſup celos materiales· ¶ In euan
gelio· Luc·xvj·monet vt ſi non poſſumus
ꝑ nos volare ad celū· Faciam⁹ nob̄ amicos·
de mãmona iniq̃tatis·i·de diuitijs ineq̃liter
poſſeſſis dicens· Homo q̄dam habeat villi=
cum ꝛc̄· homo iſte ſciuit ſic per prudentiam
carnis diſponere· ꝙ amotus a villicatione
fuit receptus in domibus dñi· ⁊ hoc ꝑ iniq̄
tatē fraudis Sic ergo ille laudat̄ qui ꝑ iniq̄
tateꝫ fraudis ſciuit ſibi in futurum ꝓuidere
m̄lto magis laudabit dñs eos qui dant ele=
moſinas quod eſt prudentia ſpūs· d̄ q̄ dicit
aplus· Eſt vita ⁊ pax quia homo ſibi ꝓui=
det in futuro ¶ Poſtea ſequit̄· Quia filij h⁹
ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in gñā=
tione ſua·i·in his que ꝑtinent ad gñationeꝫ
ſuam·i· circa tempalia· ⁊ ego dico vob̄ faci=
te vobis amicos d̄ mãmona iniquitatis· vt
cum defeceritis ſcꝫ moriendo· recipiant vos
in eterna tabernacl'a que ſunt ſua· Vnd̄ bt̄i
pauꝑes ſpiritu qm̄ ipoꝝ eſt regnum celorū
Et quia non tm̄ ꝑ elemoſinas ſꝫ etiam per
orões volamus ad celeſtia ideo eſt alleluia
Domine deus ſalutis mee in die clamaui ⁊
nocte coram te· ¶ Quia vo hec tabernacl'a
ꝑ opa iuſticie habent̄. Sequitur offertoriū
Juſticie domini recte letificantes corda ꝛc̄ ·
¶ Quo aūt ordine hec fiant oñditur in p⁹=
cõmunione· primū querite regnū dei Mat·
vj·c· Sequit̄·

¶ De dñica Decima·

IN dñica d̄cima legit̄ ec̄cliaſticus
qui incipit Omnis ſapiā a dño
deo eſt· vbi oñditur· ꝙ nõ ſoluꝫ
ſapientia· ſꝫ etiam omnia bona ſunt a deo ꝛ
ideo ab eo ſolūmodo ſunt petenda vt ad eū
debemus clamare· Et ideo incipit introit⁹·
Dum clamarem ad dñm exaudiuit orõnem
meã· ⁊ q꞉ debemus ip̄m ſolū orare· Sequit̄
verſus· Exaudi deus orõnem meam· ¶ Et
oratio in quibuſdã ecclesijs· Pateant aures
miſericordie tue dñe p̄cibus ſupplicantiū in
qua collecta patet· quis rogans dignus ſit
exaudiri· Vnde ſequit̄· Et vt petentib⁹ de=
ſiderata concedas· fac eos que tibi ſunt pla
cita poſtulare· ⁊ oſtendit̄ in epiſtola Scitis
qm̄ ꝛc̄·i·ad Cor· xij ·c· ꝙ oīa bona ſunt a d̄o

⁊ ideo ei ſunt exhibende de grãꝝ actiones·
Vnde enūatis oībus donis dicit· Hec autē
omia opatur vnus atq꞉ idem ſpūs diuidēs
ſingulis ꝓut vult· Sed q꞉ bonum cito amit
titur· quod non a largiente cuſtoditur ſicut
dicit Gre· Ideo ſequit̄ reſponſoriū· Cuſtodi
me dñe vt pupillam oculi· ¶ Item quia ad
illum ↄfugere debemus a quo oīa bona ha
bemus· ¶ Sequit̄ Alleluia· Dñe refugium
factus es nobis In alijs eccleſijs d̄r alleluia
Te decet· Euangelium vo quod ē in quib⁹
dam ec̄cijs· Cum appinquaret· Luc·xix·ca·
eſt de ſimoniacis qui iniuriant̄ ſpūiſancto ·
ſcꝫ in hoc ꝙ vendunt ea q̄ ipſe dat g̃tis · vel
ad voluntatē ſuã tribuūt· ac ſi ab illis eſſēt
illa bona ⁊ non a ſpūiſancto· Et nota ꝙ hoc
euangelium quo irl'm deſtructio predicat̄ in
auguſto legitur· q꞉ prius a nabuchodono=
ſor· poſtmod̄ a romanis in hoc menſe d̄ſtruc
tā fuiſſe inuenit̄· In alijs vero ec̄cijs legitur
dixit ih̄us ad quoſdã· ¶ Sequit̄ ⁊ offertori
um· Ad te dñe leuaui aīam meam· q̄i dicēt·
Non ad ſimoniacos· non ad p̄latos prauos
non ad quoſdam fatuos ⁊ ſimulatos religi
oſos· qui fatiunt ſe a ſimplicibus adorari·
ſꝫ ad te a quo oīa bona ſunt· ⁊ quia tunc ac
ceptat deus oīa opera noſtra· qñ ſperamus
in ip̄o deo· id̄ ſeq̄t̄ p⁹cõmunio acceptabil' ꝛc̄·

¶ De dominica Vndecima·

IN vndecīa dominica incipit ec
cleſia legere Job· qui ſimiliter ē
liber exemplaris· ſꝫ eſt exempluꝫ
ꝑfectionis·i·ꝑfecte ſapientie· que non hētur
niſi per p̄dictam refectiõem doctrine ſpūalis
Nam refectio facit ſpūaliter fortes· Et ideo
poſt libros ſalomonis· legitur liber Job in
ordine aūt biblie oms exemplares ſcꝫ Ruth
Job· Thobias· Judith· ⁊ Heſter· p̄cedunt
libros doctrinales ſalomonis ꝓpter p̄dictaꝫ
rõnem· de quo etiam dicet̄ ſub dominica· xv
ꝛ q꞉ vnanimitas facit fortes ꝛ patientes ſic
fuit Job ⁊ ↄcordes· ſicut fuerunt filij · Job
qui faciebãt ↄuiuia per domos vnuſquiſq꞉
in die ſuo· ideo Incipit introit⁹ De⁹ in loco
ſancto ſuo·i·in humilib⁹· Iſayas Sup queꝫ
requieſcet ſpūs meus· niſi ꝑ humilem ꝛ qui
etum ⁊ trementem ſmones meos ⁊ ſi deus
eſt cū eis nullus poteſt eis preualere· Deus
eñ habitare facit vnius moris in domo ·i·
ↄcordes ꝛ vnanimes quales fuerūt filij iob

qui dabant ſibiinuicem comedere· Vnde eſt
verſus· Exurgat deus & diſſipent inimici
eius· q̄a fortitudo noſtra nihil valet n̄ dn̄s
nobiſcū coopetur p̄mo principaliter opetur
¶ In ep̄la· Notum vobis facio euangeliū·
que eſt ·i· Cor· xv· oſtendit beatus paulꝰ hu
militatem· ¶ Vnde ſequit̄ ibi· Qui nō ſum
dignus vocari apl̄us & ꝓpter hanc humili
tatem raptus fuit vſq; ad terciū celū· In re
ſponſorio quoq; ſequit̄ vox humiliū· in deo
ſperauit cor meū & adiutus ſum· Et in v̄ſu
Ad te dn̄e leuaui aīam meā· & q̄ ex tali ſpe
ſequitur exultatio· ideo ī q̄buſdam eccleſijs
eſt alleluia· Venite exultemus dn̄o· ¶ Euā
gelium v̄o eſt de humilitate et eius affectu
duo hoīes aſcendebant ꝛc̄· Luc· xviij· capi·
Vnde ſequitur· phariſeus dicebat· d̄ne non
ſum ſicut ceteri hoīm ꝛc̄· ecce ſupbia· ſequit̄
publicanꝰ dicebat· Deus ꝓpitius eſto mihi
peccatori· ecce humilitas· & ideo abijt iuſti:
ficatus in domū ſuam ab illo· Quia v̄o hu
militatem ſequit̄ exultatio· qui em̄ ſe humi:
liat exaltabitur· ideo ſequit̄ offertoriū· Ex:
altabo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti me· i· ſurſum ce:
piſti· q̄· d· Exaltabo te quoniā exaltaſti me
¶ Poſtcōmunio ē· Honora dominū de tua
ſubſtantia ꝛc̄ ꝓuer· iij· c· hoc ad lr̄am· humi
lis dat enim libenter paupibus· & hoc eſt
honorare dn̄m· quia ip̄e p̄cepit· vt det pau:
pibus· Vel honora dn̄m ꝛc̄· i· oīa bona tua·
deo attribue· & hoc eſt ꝓpꝛium humiliū· hec
poſtcōmunio congrue hoc tempe canitur·
qn̄ frugibus horrea· & vino cellaria plene
redundāt· quibus deuote dn̄s honoratur··

¶ De dominica Duodecima··

Duodecima dn̄ica eſt de oīone &
quaſi exprimit̄ Job orans & ſe:
dens in ſterquilinio· conq̄rendo
de falſis amicis· Legitur em̄ iob in duabus
dn̄icis· Job quidē in ſterquilinio· Moralit̄·
eſt anima in mortali peccato & fetido· in q̄
dum reſidet non reſtat niſi orare deum· vt
ip̄am ab eo eripiat· ¶ Vnde incipit introitꝰ
Deus in adiutorium meū intende· dn̄e ad
adiu· me feſtina con· re· qui· que· aīam meā·
¶ In offertorio aūt oſtendit̄ efficatia orō:
nis· & totū offertoriū eſt oratio moyſi ſūp:
ta de Exo· qn̄ rogauit ꝓ filijs iſrahel· qui fe
cerunt vitulum conflatilem· & incipit· Pre
catus eſt moyſes in conſpectu domī dei ſui·
ꝛc̄ quia moyſes ſeip̄m expoſuit ꝓ ſalute ꝑpl̄i
dicens dn̄o· aut dimitte eis hanc noxiam·
aut dele me ꝛc̄· & reducit ad memoriā meri
ta patꝝ· Memento inquit abraam· Iſaac &
Jacob ꝛc̄· Et placatus factus eſt dominus
de malignitate quā dixit facere populo ſuo
& ex hoc ꝓbatur· q̄ ſanctoꝝ merita nob̄ pro
ſunt· ¶ Et nota q̄ in hoc offertorio fit ver
boꝝ gemīatio· de quo dictum eſt ſub ſecūda
dn̄ica poſt ep̄hiam· ¶ In ep̄la· fiduciā talē
hēmus per xp̄m ad deum· ij· ad Cor· iij· ca·
Oſtendit apl̄s· q̄ oratio ſua & alioꝝ bonoꝝ
prelatoꝝ noui teſta· maiorē habet efficatiā
q̄ꝫ habuit in veteri teſta· Q̄ etiam moyſes
orauit cum fiducia· confiſus de meritis pa:
trum· Sed ne hoc videatur ex arrogātia·
facere ſubdit· non q̄ ſufficientes ſimꝰ cogi:
tare aliquid a nobis· quaſi ex nob̄· ſꝫ ſuffici
entia noſtra ex deo eſt· cuius miniſtri ſumꝰ
¶ In euangelio vero oſtenditur q̄ multū
valet oratio prelatoꝝ· quod eſt in q̄buſdā
eccleſijs Dum trāſiret ih̄us per medios fines
decapoleos· & adducūt ei ſurdum & mutū·
& ſanauit eum dn̄s· Multi ſūt ſurdi q̄ nolūt
audire verbum dei· & m̄lti muti qui nolūt
loqui & poſſunt· Similit̄ hos dn̄t prelati ꝑ
predicacōem abducere ad dn̄m in confeſſiōe
Et oratio ſaluabit eos· Vnd̄ in pſona ſurdi
& muti cantat̄ in graduali· Benedicā dn̄m
in omni tempe· Verſus eſt· In dn̄o laudabi
tur anima mea· In alleluia v̄o monet nos
ad hanc laudem· Venite exultemus dn̄o ꝛc̄
¶ De offertorio ſupra dictū ē· Pꝰcōmunio
vero eſt· De fructu operum tuoꝝ ſaciabit̄·
terra· i· predicatores· quos dn̄a replet prius
bonis· & ipſi repleti alios r̄plent· In alijs
vero eccleſijs dicit̄ euangelium· Exiens ih̄s
de finibus tyri· Quod ē Marci· vij· c· Pōt
aūt dici ſm̄ Sicardū ep̄m Cremoñ· in mitra
li· q̄ ſalomone mortuo regnum diuiditur &
ideo menſis ſeptembris hiſtoria bipartitur
Prima ps in vna hiſtoria cōſolidatur· alia
variatur· quia regnū iuda in dauid familia
ſtabilitur· Sed regnū iſrahel a plimis occu
patur· Vnde & hiſtoria de his iuſtis qui gē:
tibus intermixti fuerāt compilat̄· vt de iob
Thobia Judith· & Heſter· ¶ Cum ī p̄ma
ſeptembris ebdomada legatur iob· quē ip̄e
ſcripſit cū reſponſorio· Si bona ¶ In ſcd̄a
liber Thobie· quem ipſe compoſuit· ¶ In

tercia Judith quē Achior edidit. ¶. In
quarta Heſter. quē Mardocheus. vl' potiꝰ
Eſdra compoſuit. Sed ⁊ liber Eſdre. poſt
hec opera recitaꝫ. ⁊ cum his cantant reſpon
ſoria Pcto adonay dn̄e. his tempibus ꝓphe
tizauit helyas qui geſſit typum criſtus Sic
mortuo ꝯſtantino eccleſia ſeparatur. vna ps
eſt catholica ⁊ alia per multa ciſmata ſepa
ta a quibus catholica ecc̄ia mlta aduerſa ꝓ
dn̄o tollerauit. ſicut illi quoꝝ opa hoc tpe.
legunꝫ. Inter catholicos quidam ſūt pfecti
quidam impfecti. Perfecti ſunt pdicatores.
pdonei. miniſtri ⁊ coopatores dei. qḋ dicit
in ep̄la fiduciam. hi adducunt impfectos. ⁊
alienos ſurdos ⁊ mutos ad gliaꝫ ihū xp̄i ſic
legitur in euangelio. vox itaqꝫ pfectorū eſt.
in introitu. Deus in adiutorium meū inten
de. qui adiutoriū dei implorant. vt hereticis
valeant reſiſtere. ⁊ eos ad dei grām addu-
cere. Aut eſt vox impfectoꝝ ꝯfitientiū. qui
ut ꝯfitiant dei implorant auxilium. In gra
duali. benedicam. Et in alleluia. Dn̄e refu-
gium. Vox ſiquidē eſt perfectoꝝ grās agen
tium. de illis ſe a pſecutione aliquiens ipan
tibus ⁊ iſtis ꝯfitientibus Et ꝙ moyſes fuit
vnus eoꝝ qui ſe obtuleꝛt pro peccatis ſub-
ditoꝝ. ideo in offertorio cantaꝫ. Precatus ē
moyſes. hi pfecti ſunt. illa terra que ſaciata
fructu opeꝝ dn̄i. donis videlicet ſpū ſancti
pducit fenū iumentis .i. doctrinam hoībus
Vnde cōmunio eſt de fructu ⁊c̄. Et attende
ꝙ recte de Job ⁊ Moyſe ſimul cantaꝫ. qm̄
contpanei reperiunꝫ. per quoꝝ exemplū ad
patientiam ⁊ manſuetudīem inuitamur
